







Ce livre devrait être

au musée

1973

LES

DOUZE CÉSARS

DE

SUÉTONE.

TOME SECOND.



LES

DOUZE CÉSARS,

TRADUITS DU LATIN

DE SUÉTONE,

AVEC DES NOTES ET DES RÉFLEXIONS,

PAR M. DE LA HARPE.

TOME SECOND.



A PARIS,

Chez LACOMBE, Libraire, rue Chriſtine, près de la rue Dauphine;

& DIDOT l'aîné, Libraire & Imprimeur, rue Pavée, près du quai des Auguſtins.

M. DCC. LXX.

Avec Approbation, & Privilege du Roi.


LIBRARY
FEB 7 1972
UNIVERSITY OF TORONTO

LES

DOUZE CÉSARS

DE


SUÉTONE.



CAII
SUETONII TRANQUILLI
DUODECIM
CÆSARES.

CAÏUS CÆSAR CALIGULA.

GERMANICUS, Caii Cæſaris pater, Druſi & minoris Antoniæ filius, a Tiberio patruo adoptatus, quæſturam quinquiennio antè quàm per leges liceret, & poſt eam conſulatum ſtatim, geſſit: miſſuſque ad exercitum in Germaniam, exceſſu Auguſti nuntiato, legiones univerſas imperatorem Tiberium pertinaciſſimè recuſantes, & ſibi ſummam reipublicæ deferentes, incertum conſtantiâ an pietate majore, compeſcuit; atque hoſte mox devicto, triumphavit. Conſul deinde iterùm creatus; ac priuſquam honorem iniret, ad componendum orientis ſtatum expulſus, cùm Armeniæ regem dediſſet, Cappadociam in pro-



LES

DOUZE CÉSARS

DE

SUÉTONE.

CAIUS CALIGULA.

GERMANICUS, pere de Caius César Caligula, & fils de Drusus & d'Antonie, la plus jeune des filles d'Antoine, fut adopté par son oncle Tibere : il exerça la questure cinq ans avant l'âge permis par les loix, & le consulat immédiatement après. Envoyé pour commander les armées en Germanie, il contint avec autant de fermeté que de zele les légions qui, à la premiere nouvelle de la mort d'Auguste, refusoient obstinément de reconnoître Tibere pour Empereur, & qui vouloient couronner leur Général. Il vainquit les ennemis, & triompha. Il fut créé Consul pour la seconde fois : mais avant que d'entrer en charge, il fut, pour ainsi dire, chassé de Rome par Tibere qui le chargea des affaires d'Orient. Après avoir donné un Roi à l'Arménie & réduit

vinciæ formam redegiſſet, annum ætatis agens quartum & trigeſimum, diutino morbo Antiochiæ obiit, non ſine veneni ſuſpicione; nam, præter livores qui toto corpore erant, & ſpumas quæ per os fluebant, cremati quoque cor inter oſſa incorruptum repertum eſt, cujus ea natura exiſtimatur, ut tinctum veneno igne confici nequeat.

II. Obiit autem, ut opinio fuit, fraude Tiberii, miniſterio & operâ Cneii Piſonis; qui ſub idem tempus Syriæ præpoſitus, nec diſſimulans offendendum ſibi aut patrem aut filium, quaſi planè ita neceſſe eſſet, etiam ægrum Germanicum graviſſimis verborum ac rerum acerbitatibus, nullo adhibito modo, affecit: propter quæ, ut Romam rediit, penè diſcerptus a populo, a ſenatu capitis damnatus eſt.

III. Omnes Germanico corporis animique virtutes, & quantas nemini cuiquam, contigiſſe ſatis conſtat: formam & fortitudinem egregiam, ingenium in utroque eloquentiæ doctrinæque genere præcellens, benevolentiam ſingularem, conciliandæque hominum gratiæ ac promerendi amoris mirum & efficax ſtudium. Formæ minùs congruebat gracilitas crurum; ſed ea quoque paulatim repleta aſſiduâ equi vectatione poſt cibum. Hoſtem cominùs ſæpe percuſſit. Oravit cauſas etiam triumphalis; atque inter cetera ſtudio-

la Cappadoce en province Romaine, il mourut à Antioche, à l'âge de trente-quatre ans, d'une maladie de langueur que l'on soupçonna être causée par le poison. En effet, outre les taches livides qu'il avoit sur tout le corps, & l'écume qui lui sortoit de la bouche, on remarqua que, parmi ses cendres & ses os brûlés, son cœur resta dans son entier; & l'on croit communément que le cœur imprégné de poison résiste au feu.

On attribua sa mort à la haine de Tibere & aux manœuvres de Cneius Pison. Ce Pison, Gouverneur de la Syrie dans le même tems que Germanicus commandoit en Orient, ne dissimula pas qu'il se croyoit obligé d'être l'ennemi du pere ou du fils : il outragea de paroles & d'actions Germanicus malade & languissant, & lui causa les chagrins les plus amers. Aussi, de retour à Rome, il fut sur le point d'être mis en pieces par le Peuple, & fut condamné à la mort par le Sénat.

Germanicus avoit toutes les qualités du corps & de l'esprit dans un degré où personne ne les eut jamais, une beauté & une valeur singulieres, un génie éminent pour les lettres Grecques & Latines & pour l'éloquence des deux langues, une bonté d'ame admirable, la plus grande envie de plaire & d'être aimé, & les plus grands talents pour y réussir. Son seul défaut corporel étoit d'avoir les jambes un peu trop menues; mais il y remédia par l'habitude de monter à cheval après le repas. Il tua plusieurs ennemis de sa main. Il plaida des causes dans le Barreau, même après avoir eu les honneurs du triomphe. Entre autres monuments de ses études, il nous reste de lui des

rum monumenta reliquit & comœdias Græcas. Domi foriſque civilis, libera ac fœderata oppida ſine lictoribus adibat. Sicubi clarorum virorum ſepulcra cognoſceret, inferias Manibus dabat. Cæſorum clade Varianâ veteres ac diſperſas reliquias uno tumulo humaturus, colligere ſuâ manu & comportare primus aggreſſus eſt. Obtrectatoribus etiam, qualeſcumque & quantacumque de cauſa nactus eſſet, lenis adeo & innoxius, ut Piſoni decreta ſua reſcindenti, clientelas diù vexanti, non priùs ſuccenſere in animum induxerit, quàm veneficiis quoque & devotionibus impugnari ſe comperiſſet : ac ne tunc quidem ultrà progreſſus, quàm ut & amicitiam ei more majorum renuntiaret, mandaretque domeſticis ultionem, ſi quid ſibi accideret.

IV. Quarum virtutum fructum uberrimum tulit, ſic probatus & dilectus a ſuis, ut Auguſtus (omitto enim neceſſitudines reliquas) diù cunctatus an ſibi ſucceſſorem deſtinaret, adoptandum Tiberio dederit. Sic vulgò favorabilis, ut plurimi tradant, quoties aliquò adveniret, vel ſicunde diſcederet, præ turba occurrentium proſequentiumve nonnunquam eum diſcrimen vitæ adiſſe : e Germania verò, poſt compreſſam ſeditionem, revertenti prætorianas cohortes univerſas prodiſſe obviam, quamvis pronuntiatum eſſet ut duæ tantummodò exirent ; populi autem Romani ſexum,

comédies Grecques. Il étoit également affable dans sa vie privée & publique. Il entroit sans Licteur dans les villes libres & alliées. Il honoroit les tombeaux des grands hommes. Il recueillit de ses mains & renferma dans un sépulcre les ossements des soldats tués dans la défaite de Varus. Il n'opposoit que la douceur à ses envieux & à ses ennemis, quelques outrages qu'il en eût reçus. Il ne témoigna de ressentiment à Pison qui avoit méprisé ses décrets & maltraité ses clients, que lorsqu'il se vit en butte à ses maléfices & à ses embûches; & alors même il se contenta, selon l'ancienne coutume, de renoncer publiquement à son amitié & de confier aux siens le soin de sa vengeance, s'il lui arrivoit quelque malheur.

Tant de vertu ne resta pas sans récompense. Il étoit tellement chéri & estimé de ses parents, qu'Auguste (sans parler des autres) balança longtems s'il ne le choisiroit pas pour son successeur, & le fit adopter par Tibere. Il jouissoit de la faveur populaire au point que la foule qui se rassembloit autour de lui toutes les fois qu'il paroissoit, lui fit courir plus d'une fois risque de la vie. A son retour d'Allemagne après la sédition appaisée, toutes les cohortes prétoriennes allerent au-devant de lui, quoiqu'il n'y en eût que deux qui en eussent reçu l'ordre; & le Peuple Romain, de tout sexe, de tout âge & de tous rangs, se répandit sur sa route jusqu'à vingt milles de Rome.

ætatem, ordinem omnem uſque ad viceſimum lapidem effudiſſe ſe.

V. Tamen longè majora & firmiora de eo judicia in morte ac poſt mortem exſtitêre. Quo defunctus eſt die, lapidata ſunt templa, ſubverſæ deûm aræ, Lares a quibuſdam familiares in publicum abjecti, partus conjugum expoſiti. Quin & barbaros ferunt, quibus inteſtinum, quibuſque adversùs nos bellum eſſet, velut in domeſtico communique mœrore, conſenſiſſe ad inducias: regulos quoſdam barbam poſuiſſe, & uxorum capita raſiſſe, ad indicium maximi luctûs: regum etiam regem & exercitatione venandi & convictu megiſtanum abſtinuiſſe, quod apud Parthos juſtitii inſtar eſt.

VI. Romæ equidem, cùm ad primam famam valetudinis attonita & mœſta civitas ſequentes nuntios opperiretur, & repentè jam veſperi incertis auctoribus convaluiſſe tandem percrebuiſſet, paſſim cum luminibus & victimis in Capitolium concurſum eſt, ac penè revulſæ templi fores, ne quid geſtientes vota reddere moraretur. Expergefactus e ſomno Tiberius eſt gratulantium vocibus atque undique concinentium:

Salva Roma, ſalva patria, ſalvus eſt Germanicus.

Sed ut demùm fato functum palàm factum eſt, non ſolatiis ullis, non edictis inhiberi luctus publicus potuit; duravitque etiam per feſtos decem-

De plus grands témoignages d'affection éclaterent encore le jour de sa mort & les jours suivants : on jetta des pierres dans les temples (1), on renversa les statues des Dieux ; plusieurs jetterent dans les rues leurs Dieux domestiques ; d'autres exposerent leurs enfants nouvellement nés (2). On dit même que les Barbares, alors en guerre avec nous ou entre eux, consentirent à une treve, comme dans une calamité universelle ; que quelques Princes se couperent la barbe & firent raser la tête de leurs épouses en signe de grand deuil, & que le Roi (3) des Rois s'abstint de la chasse & n'admit point les Grands à sa table, ce qui chez les Parthes équivaut à la clôture des tribunaux parmi nous. A Rome, la consternation fut au comble à la premiere nouvelle de sa maladie ; & comme on attendoit de nouveaux couriers, vers le soir le bruit se répandit tout d'un coup, sans qu'on sût comment, que Germanicus étoit rétabli : aussi-tôt on court au Capitole avec des flambeaux & des victimes, on brise presque les portes du temple, dans l'impatience d'offrir des sacrifices. Tibere est réveillé par de grands cris qui se font entendre de tout côté, *Rome est sauvée, la patrie est sauvée, Germanicus est sauvé.* Lorsque sa mort fut devenue certaine, aucune consolation, aucun édit ne put mettre des bornes à la douleur publique : elle dura même

(1) Apparemment pour reprocher aux Dieux la mort de Germanicus.

(2) Comme nés dans un jour malheureux.

(3) Le Roi de Perse.

bris menſis dies. Auxit gloriam deſideriumque defuncti etiam atrocitas inſequentium temporum: cunctis nec temerè opinantibus reverentiâ ejus ac metu repreſſam Tiberii ſævitiam, quæ mox eruperit.

VII. Habuit in matrimonio Agrippinam, Marci Agrippæ & Juliæ filiam; & ex ea novem liberos tulit, quorum duo infantes adhuc rapti, unus jam puerafcens, inſigni feſtivitate, cujus effigiem habitu Cupidinis in æde Capitolinæ Veneris Livia dedicavit. Auguſtus in cubiculo ſuo poſitam, quotieſcumque introiret, exoſculabatur. Ceteri ſuperſtites patri fuerunt: tres ſexûs feminini, Agrippina, Druſilla, Livilla, continuo triennio natæ; totidem mares, Nero & Druſus & Caius Cæſar. Neronem & Druſum ſenatus, Tiberio criminante, hoſtes judicavit.

VIII. Caius Cæſar natus eſt pridie kalendas ſeptembres, patre ſuo & Caio Fonteio Capitone conſulibus. Ubi natus ſit incertum diverſitas tradentium facit. Cneius Lentulus Gætulicus Tiburi genitum ſcribit; Plinius Secundus in Treveris, vico Ambiatino, ſupra confluentes; addit etiam pro argumento aras ibi oſtendi inſcriptas, *Ob Agrippinæ puerperium.* Verſiculi, imperante mox eo divulgati, apud hiberna legionum procreatum indicant:

In caſtris natus, patriis nutritus in armis,
Jam deſignati principis omen erat.

pendant les fêtes du mois de décembre. Les abominations du regne de Tibere ajouterent encore à la gloire de ce jeune Héros & au regret de sa perte, tout le monde étant persuadé, avec raison, que la crainte & la retenue qu'il inspiroit à l'Empereur avoient mis un frein à la barbarie que ce monstre fit éclater dans la suite.

Il épousa Agrippine, fille d'Agrippa & de Julie, & il en eut neuf enfants, dont deux moururent en bas âge, & un troisieme au sortir de l'enfance. Ce dernier étoit remarquable par sa gentillesse. Livie plaça sa statue habillée en Cupidon dans le temple de Vénus. Auguste avoit son portrait dans sa chambre, & le baisoit toutes les fois qu'il y entroit. Les autres survécurent à leur pere, savoir trois filles, Agrippine, Drusille & Liville, nées dans trois années consécutives; & trois enfants mâles, Néron, Drusus & Caius César. Néron & Drusus furent condamnés par le Sénat sur les accusations de Tibere.

Caius César naquit le dernier du mois d'août sous le consulat de Germanicus son pere & de Fonteius Capiton. On ne s'accorde pas sur le lieu où il est né. Cneius Lentulus Getulicus prétend que c'est à Tivoli, Pline dans le pays de Treves au confluent de deux rivieres. Il cite pour preuve un autel placé en cet endroit avec cette inscription : *A la fécondité d'Agrippine.* Des vers publiés sous son regne marquent qu'il étoit né à l'armée dans des quartiers d'hiver :

Né, nourri dans les camps, élevé dans la guerre,
Le sort lui préparoit l'empire de la terre.

Ego in actis Antii invenio editum. Gætulicum refellit Plinius, quasi mentitum per adulationem, ut ad laudes juvenis gloriosique principis aliquid etiam ex urbe Herculi sacra sumeret; abusumque audentiùs mendacio, quòd ante annum ferè natus Germanico filius Tiburi fuerat, appellatus & ipse Caius Cæsar, de cujus amabili pueritia immaturoque obitu suprà diximus. Plinium arguit ratio temporum; nam qui res Augusti memoriæ mandarunt, Germanicum, exacto consulatu, in Galliam missum consentiunt, jam nato Caio. Nec Plinii opinionem inscriptio aræ quidquam adjuverit, cùm Agrippina bis in ea regione filias enixa sit, & qualiscumque partus, sine ullo sexûs discrimine, puerperium vocetur, quòd antiqui etiam puellas pueras, sicut & pueros puellos dictitarent. Exstat & Augusti epistola, antè paucos quàm obiret menses, ad Agrippinam neptem ita scripta de Caio hoc (neque enim quisquam jam alius infans nomine pari tunc supererat): Puerum Caium decimoquinto kalendas junii, si dii volent, ut ducerent Talarius & Asellius heri cum his constitui. Mitto præterea cum eo ex servis meis medicum, quem scripsi Germanico, si vellet, ut retineret. Valebis, mea Agrippina, & dabis operam ut valens pervenias ad Germanicum tuum. Abundè arbitror patere, non potuisse ibi nasci Caium, quò propè bimulus demùm per-

Je

Je trouve dans les actes des Empereurs, qu'il étoit né à Antium. Pline reproche à Gétulicus d'avoir imaginé par adulation de faire naître Caligula à Tivoli, & d'avoir voulu flatter la vanité d'un jeune Prince, en lui donnant pour patrie une ville consacrée à Hercule : il prétend que ce qui a donné quelque vraisemblance à ce mensonge, c'est qu'un an avant la naissance de Caligula il étoit né en effet à Tivoli un fils de Germanicus nommé aussi Caius César, celui qui avoit tant de graces, & dont je viens de rapporter la mort prématurée. Quant à l'avis de Pline sur la naissance de Caius, les dates des Mémoires d'Auguste le contredisent. On y trouve que Germanicus n'alla dans les Gaules qu'après son consulat & après la naissance de Caius. L'inscription dont parle Pline ne prouve rien pour lui, puisqu'Agrippine mit au monde deux filles dans le même pays, ce qui suffit, selon les usages de notre langue, pour justifier le terme de *fécondité*, d'autant plus que nous nous servons du même mot pour exprimer la naissance des enfans, tant mâles que femelles. Nous avons une lettre d'Auguste écrite peu de mois avant sa mort à sa niece Agrippine au sujet de Caius Caligula; car l'autre Caius n'étoit plus : » Je donnai ordre hier à Talaricus & à Asellius de conduire à l'armée Caius » sous la garde des Dieux le 18 de mai. J'envoie » avec lui un Médecin à moi, & j'écris à Germa- » nicus de le retenir s'il veut. Portez-vous bien, » ma chere Agrippine, & tâchez d'arriver en » bonne santé auprès de votre mari ». Cette lettre prouve suffisamment, ce me semble, que Caius n'est point né à l'armée, puisqu'il avoit près de deux ans lorsqu'on l'y conduisit pour la premiere

ductus ab urbe ſit. Verſiculorum quoque fidem eadem hæc elevant, & eò faciliùs quòd hi ſine auctore ſint. Sequenda igitur eſt quæ ſola actorum reſtat & publici inſtrumenti auctoritas, præſertim cùm Caius Antium, omnibus ſemper locis atque ſeceſſibus prælatum, non aliter quàm natale ſolum dilexerit; tradaturque etiam ſedem ac domicilium imperii tædio urbis transferre eò deſtinaſſe.

IX. Caligulæ cognomen caſtrenſi joco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur. Apud quos quantùm præterea per hanc nutrimentorum conſuetudinem amore & gratiâ valuerit, maximè cognitum eſt, cùm poſt exceſſum Auguſti tumultuantes & in furorem uſque præcipites ſolus haud dubiè conſpectu ſuo flexit. Non enim priùs deſtiterunt, quàm ablegari eum ob ſeditionis periculum, & in proximam civitatem demandari, animadvertiſſent: tunc demùm ad pœnitentiam verſi, reprenſo ac retento vehiculo, invidiam quæ ſibi fieret deprecati ſunt.

X. Comitatus eſt patrem & in Syriaca expeditione. Unde reverſus primùm in matris, deinde, eâ relegatâ, in Liviæ Auguſtæ proaviæ ſuæ contubernio manſit: quam defunctam prætextatus etiam tum pro roſtris laudavit. Tranſitque ad Antoniam aviam; & inde, viceſimo ætatis anno, accitus Capreas a Tiberio, uno atque eodemdie

fois. C'en eſt aſſez pour n'ajouter aucune foi aux vers que j'ai cités, d'autant plus que l'Auteur en eſt inconnu. Il faut donc s en tenir à l'opinion conſignée dans des actes publics dont on reconnoît l'authenticité. On ſait d'ailleurs que Caius préféra toujours le ſéjour d'Antium à tous les autres, & qu'il l'aima comme le lieu de ſa naiſſance : on dit même que dégoûté de Rome il voulut y tranſporter le ſiege de l'Empire.

Le ſurnom de Caligula étoit un ſobriquet militaire ; c'eſt le nom d'une chauſſure de ſoldat qu'il portoit dans le camp où il fut élevé. Les troupes étoient très attachées à ce Prince, qui avoit paſſé ſon enfance parmi elles : on en vit une preuve ſur-tout après la mort d'Auguſte, lorſque ſa ſeule préſence arrêta la fureur des ſéditieux prêts à ſe porter aux plus grands excès ; ils ne s'adoucirent que lorſqu'ils virent que l'on craignoit pour lui, & qu'on alloit l'envoyer dans une ville voiſine ; ils témoignerent alors leur repentir, retinrent ſa voiture & demanderent avec inſtance que l'on n'eût pas d'eux une opinion auſſi odieuſe.

Il accompagna ſon pere dans l'expédition de Syrie. Au retour il demeura chez ſa mere ; & lorſqu'elle fut exilée, il vécut auprès de Livie ſa biſaïeule, dont il fit enſuite l'oraiſon funebre dans la tribune aux harangues ayant encore la robe de l'enfance. Il paſſa auprès de ſon aïeule Antonie. A dix-neuf ans Tibere le fit venir à Caprée, & dans un ſeul & même jour lui fit prendre la robe virile & couper la barbe, ſans que ce jour fût

togam ſumpſit barbamque poſuit, ſine ullo honore, qualis contigerat tirocinio fratrum ejus. Hîc omnibus inſidiis tentatus elicientium, cogentiumque ſe ad querelas, nullam unquam occaſionem dedit; perinde obliterato ſuorum caſu ac ſi nihil cuiquam accidiſſet; quæ verò ipſe pateretur incredibili diſſimulatione tranſmittens; tantique in avum & qui juxta erant obſequii, ut non immeritò ſit dictum, nec ſervum meliorem ullum, nec deteriorem dominum fuiſſe.

XI. Naturam tamen ſævam atque probroſam nec tunc quidem inhibere poterat quin & animadverſionibus pœniſque ad ſupplicium datorum cupidiſſimè intereſſet; & ganeas atque adulteria, capillamento celatus & veſte longâ, noctibus obiret; ac ſcenicas ſaltandi canendique artes ſtudioſiſſimè appeteret, facilè id ſanè Tiberio patiente, ſi per has manſuefieri poſſet ferum ejus ingenium: quod ſagaciſſimus ſenex ita prorsùs perſpexerat, ut aliquoties prædicaret exitio ſuo omniumque Caium vivere, & ſe natricem (ſerpentis id genus) populo Romano, Phaetontem orbi terrarum, educare.

XII. Non ita multò poſt, Juniam Claudillam, Marci Silani nobiliſſimi viri filiam, duxit uxorem. Deinde augur in locum fratris ſui Druſi deſtinatus, priùs quàm inaugurаretur, ad pontificatum traductus eſt, inſigni teſtimonio pietatis

marqué par aucune cérémonie honorifique, comme c'étoit la coutume & comme on avoit fait à l'égard de ses freres. C'est là qu'il sut échapper à tous les pieges qu'on lui tendoit. On cherchoit en vain à lui arracher des murmures; il ne donnoit aucun prétexte à la malignité : il ne parut pas s'appercevoir de la mort malheureuse de ses freres, & dévoroit ses propres affronts avec une dissimulation incroyable. Sa complaisance pour Tibere & pour ceux qui l'entouroient étoit telle, que l'on a dit de lui avec raison qu'il n'y avoit point eu de meilleur valet ni de plus méchant maître.

Cependant dès ce tems-là même il ne pouvoit cacher ses inclinations basses & cruelles; un de ses grands plaisirs étoit d'assister aux supplices des malheureux que l'on tourmentoit. La nuit il couroit les mauvais lieux enveloppé d'un long manteau, & la tête cachée sous de faux cheveux. Sa plus grande passion étoit pour la danse théâtrale & pour la musique, & Tibere le souffroit facilement, espérant que ces goûts pourroient adoucir son caractere féroce (1). Le pénétrant vieillard le connoissoit si bien, qu'il disoit souvent : » Je laisse » vivre Caius pour son malheur & pour celui des » autres : j'éleve un serpent pour le peuple Ro- » main, & un Phaéton pour l'univers ».

Quelque tems après il épousa Junia Claudilla, fille de M. Silanus, d'une des plus nobles familles de Rome. Désigné Augure à la place de son frere Drusus, avant que d'en exercer les fonctions il passa tout d'un coup au pontificat. Tibere alors

(1) Ce sentiment fait trop d'honneur à Tibere, & les lignes suivantes le contredisent.

atque indolis, cùm, desertâ desolatâque reliquis subsidiis aulâ, Sejano verò tunc suspecto, mox & oppresso, ad spem successionis paulatim admoveretur. Quam quò magis confirmaret, amissâ Juniâ ex partu, Enniam Næviam Macronis uxorem, qui tum prætorianis cohortibus præerat, sollicitavit ad stuprum, pollicitus & matrimonium suum, si potitus imperio fuisset; deque ea re & jurejurando & chirographo cavit. Per hanc insinuatus Macroni, veneno Tiberium aggressus est, ut quidam opinantur: spirantique adhuc detrahi annulum, & quoniam suspicionem retinentis dabat, pulvinum jussit injici; atque etiam fauces manu suâ oppressit, liberto, qui ob atrocitatem facinoris exclamaverat, confestim in crucem acto. Nec abhorret a veritate, cùm sint quidam auctores ipsum postea, etsi non de perfecto, ac certè de cogitato quondam parricidio professum; gloriatum enim esse assiduè, in commemoranda sua pietate, ad ulciscendam necem matris & fratrum, introisse se cum pugione cubiculum Tiberii dormientis, & misericordiâ correptum, abjecto ferro recessisse; nec illum, quamquam sensisset, aut inquirere quidquam aut exsequi ausum.

XIII. Sic imperium adeptus, populum Romanum, vel, ut ita dicam, hominum genus, voti compotem fecit, exoptatissimus princeps ma-

privé de tout autre appui, & se méfiant de Séjan qu'il détruisit quelque tems après, éprouvoit le caractere & l'attachement de Caius, qu'il approchoit du trône par dégrés. Pour être plus assuré d'y monter, Caius, qui venoit de perdre sa femme morte en couche, séduisit Ennia Nevia, femme de Macron, Chef des cohortes prétoriennes; il lui promit avec serment de l'épouser s'il parvenoit à l'Empire, & lui signa cette promesse. Par son moyen il gagna Macron, & s'en servit, à ce que prétendent quelques Auteurs, pour empoisonner Tibere. Il fit arracher l'anneau du vieillard respirant encore; & comme celui-ci paroissoit vouloir le retenir, il fit jetter sur lui des matelas, & même, à ce qu'on dit, l'étrangla de ses mains. Un affranchi qui étoit présent se récria sur l'atrocité de cette action: Caius le fit pendre sur le champ. Ce récit paroît d'autant moins éloigné de la vérité, que Caligula lui-même se vanta, selon quelques Historiens, sinon d'avoir commis ce parricide, du moins de l'avoir projetté. Il se glorifioit souvent, pour faire voir son attachement à sa mere & à ses freres, d'avoir voulu les venger. Il étoit entré, disoit-il, avec un poignard dans la chambre de Tibere endormi; mais la pitié l'avoir retenu; il avoit jetté le poignard, & s'étoit retiré sans que Tibere, qui s'en étoit apperçu, osât entreprendre d'en tirer vengeance.

Quoi qu'il en soit, il fut porté sur le trône par les vœux de tout le peuple Romain, ou, pour mieux dire, de tout l'univers. Il étoit cher aux provinces & aux armées qui l'avoient vu enfant,

ximæ parti provincialium ac militum, quòd infantem plerique cognoverant, ſed & univerſæ plebi urbanæ ob memoriam Germanici patris miſerationemque propè afflictæ domûs. Itaque ut a Miſeno movit, quamvis lugentis habitu & funus Tiberii proſequens, tamen inter altaria & victimas ardenteſque tædas, denſiſſimo & lætiſſimo obviorum agmine inceſſit ſuper fauſta nomina, ſidus & pullum & puppum & alumnum appellantium.

XIV. Ingreſſoque urbem ſtatim, conſenſu ſenatûs & irrumpentis in curiam turbæ, irritâ Tiberii voluntate qui teſtamento alterum nepotem ſuum prætextatum adhuc coheredem ei dederat, jus arbitriumque omnium rerum illi permiſſum eſt, tantâ publicâ lætitiâ, ut tribus proximis menſibus, ac ne totis quidem, ſupra centum ſexaginta millia victimarum cæſa tradantur. Cùm deinde paucos poſt dies in proximas Campaniæ inſulas trajeciſſet, vota pro reditu ſuſcepta ſunt, ne minimam quidem occaſionem quoquam omittente in teſtificanda ſollicitudine & cura de incolumitate ejus. Ut verò in adverſam valetudinem incidit, pernoctantibus cunctis circa palatium, non defuerunt qui depugnaturos ſe armis pro ſalute ægri, quique capita ſua titulo propoſito voverent. Acceſſit ad immenſum civium amorem notabilis etiam externorum favor: namque Artabanus Parthorum rex, odium ſemper contemp-

& cher aux habitants de Rome qui aimoient en lui le fils de Germanicus & le dernier rejetton d'une famille détruite. Dès qu'il ſortit de Miſene, quoiqu'il fût encore en habit de deuil à la ſuite des funérailles de Tibere, il ſe trouva eſcorté d'une foule immenſe & remplie d'allégreſſe qui portoit des flambeaux & offroit des victimes. Tous l'appelloient leur aſtre, leur nourriçon, & lui donnoient les noms les plus flatteurs. A peine fut-il entré dans la ville, que, du conſentement unanime des Sénateurs & du Peuple qui s'étoit jetté dans leur aſſemblée, il fut reconnu ſeul Arbitre & ſeul Maître de l'Etat, malgré le teſtament de Tibere qui lui donnoit pour co-héritier ſon neveu Tibere encore enfant. La joie publique fut ſi grande, qu'en moins de trois mois on égorgea plus de cent ſoixante mille victimes. Quelques jours après, comme il étoit allé faire un voyage dans les iſles de la Campanie, on fit des vœux pour ſon retour, tant on cherchoit les occaſions de témoigner l'intérêt que l'on prenoit à ſes jours. Il tomba malade vers ce tems-là : le Peuple paſſoit la nuit autour de ſon palais, & pluſieurs faiſoient vœu de combattre ou de s'immoler pour ſon rétabliſſement. A ce prodigieux amour des citoyens ſe joignit la plus grande conſidération dans les Cours étrangeres. Le Roi des Parthes, Artaban, qui n'avoit jamais diſſimulé ſon mépris & ſa haine pour Tibere, demanda l'amitié de Caius. Il eut une entrevue avec un Proconſul, & vint au-delà de l'Euphrate rendre hommage aux aigles Romaines & aux images des Céſars.

tumque Tiberii præ ſe ferens, amicitiam ejus ultrò petiit, venitque ad colloquium legati conſularis; & tranſgreſſus Euphratem, aquilas & ſigna Romana Cæſarumque imagines adoravit.

XV. Incendebat & ipſe ſtudia hominum omni genere popularitatis. Tiberio cum plurimis lacrymis pro concione laudato funeratoque ampliſſimè, confeſtim Pandatariam & Pontias, ad transferendos matris fratriſque cineres, feſtinavit tempeſtate turbidâ, quò magis pietas emineret; adiitque venerabundus, ac per ſemet in urnas condidit. Nec minore ſcenâ Oſtiam, præfixo in biremis puppe vexillo, & inde Romam Tiberi ſubvectos, per ſplendidiſſimum quemque equeſtris ordinis, medio ac frequenti die duobus ferculis mauſoleo intulit: inferiaſque his annuâ religione publicè inſtituit; & eò ampliùs matri Circenſes, carpentumque quo in pompa traduceretur. At in memoriam patris, ſeptembrem menſem Germanicum appellavit. Poſthæc, Antoniæ aviæ quidquid unquam Livia Auguſta honorum cepiſſet uno ſenatuſconſulto congeſſit. Patruum Claudium, equitem Romanum ad id tempus, collegam ſibi in conſulatu aſſumpſit. Fratrem Tiberium die virilis togæ adoptavit, appellavitque principem juventutis. De ſororibus auctor fuit ut omnibus ſacramentis adjiceretur: Neque me liberoſque meos cariores habeo quàm Caium &

L'affabilité populaire qu'il témoignoit à tout le monde le faiſoit chérir de plus en plus. Après qu'il eut fait l'oraiſon funebre de Tibere en verſant beaucoup de larmes, & qu'il eut ordonné la pompe de ſes funérailles, il ſe hâta d'aller dans l'iſle Pandataire & dans l'iſle Pontia recueillir les cendres de ſa mere & de ſes freres. Pour faire éclater plus de zele, il partit malgré la ſaiſon contraire. Il aborda avec reſpect, mit lui-même les cendres dans des urnes, & les fit porter avec le plus grand appareil juſqu'à Oſtie ſur une galere où flottoit un étendard, & de-là à Rome par le Tibre. Elles furent reçues par les plus diſtingués de l'ordre des Chevaliers, placées ſur deux baſſins, & dépoſées en plein jour dans un mauſolée. Il établit en leur honneur des ſacrifices annuels & des jeux du cirque en mémoire de ſa mere, où ſon image devoit être portée ſur un brancard comme celles des Dieux. Il appella le mois de Septembre du nom de Germanicus. Il fit décerner par un Senatus-conſulte à ſon aïeule Antonie tous les honneurs qu'avoit eus Livie, & ſe donna pour collegue au conſulat ſon oncle Claude, alors Chevalier Romain. Il adopta ſon frere Tibere le jour qu'il prit la robe virile, & lui donna le titre de Prince de la jeuneſſe. Il voulut que l'on mît cette formule dans tous les ſerments : *Caius & ſes ſœurs me ſont auſſi chers que moi & mes enfants*, & cette autre dans les actes des Conſuls : *Pour la proſpérité de Caius Céſar & de ſes ſœurs.* Il réhabilita

ſorores ejus. Item relationibus conſulum : Quod bonum felixque ſit Caio Cæſari ſororibuſque ejus. Pari popularitate damnatos relegatoſque reſtituit ; criminumque, ſi qua reſidua ex priore tempore manebant, omnium gratiam fecit. Commentarios ad matris fratrumque ſuorum cauſas pertinentes, ne cui poſtmodum delatori aut teſti maneret ullus metus, convectos in forum, & antè clarè obteſtatus deos neque legiſſe neque attigiſſe quidquam, concremavit. Libellum de ſalute ſua oblatum non recepit, contendens nihil ſibi admiſſum cur cuiquam inviſus eſſet ; negavitque ſe delatoribus aures habere.

XVI. Spintrias monſtroſarum libidinum, ægrè ne profundo mergeret exoratus, urbe ſubmovit. Titi Labieni, Cordi Cremutii, Caſſii Severi ſcripta ſenatuſconſultis abolita requiri & eſſe in manibus lectitarique permiſit, quando maximè ſuâ intereſſet ut facta quæque poſteris tradantur. Rationes imperii ab Auguſto proponi ſolitas, ſed a Tiberio intermiſſas, publicavit. Magiſtratibus liberam juriſdictionem, & ſine ſui appellatione, conceſſit. Equites Romanos ſeverè curioſèque, nec ſine moderatione, recognovit ; palàm adempto equo quibus aut probri aliquid aut ignominiæ ineſſet, eorum qui minore culpâ tenerentur nominibus modò in recitatione præteritis. Ut levior labor judicantibus foret, ad quatuor priores quin-

tous ceux qui avoient été condamnés ou bannis, & prononça une amnistie générale. Il fit porter dans la place publique tous les mémoires relatifs à la procédure faite contre sa mere & ses freres ; & après avoir juré qu'il n'en avoit lu aucun, il les brûla tous, afin qu'ils ne pussent inspirer aucune allarme à ceux qui avoient été ou accusateurs ou témoins. Il ne voulut pas lire un papier qu'on lui présenta, & qu'on disoit intéresser sa vie. Il répondit qu'il n'avoit rien fait qui pût mériter la haine de personne, & qu'il n'avoit point d'oreilles pour les délateurs.

Il bannit de Rome les inventeurs de débauches monstrueuses, & on eut même beaucoup de peine à obtenir de lui qu'il ne les fît pas noyer dans le Tibre. Il fit rechercher les ouvrages de Titus Labienus, de Crémutius Cordus & de Cassius Sévérus que le Sénat avoit supprimés. Il en permit la lecture, comme étant intéressé lui-même à ce que l'histoire fût fidélement écrite. Il publia les actes de l'Empire suivant le plan d'Auguste rejetté par Tibere. Il laissa aux Magistrats une jurisdiction libre & indépendante de tout appel à sa personne. Il fit la revue des Chevaliers Romains avec une sévérité tempérée par beaucoup de modération. Il ôta le cheval publiquement à ceux qui furent convaincus de quelque bassesse, & se contenta d'omettre à l'appel les noms de ceux qui avoient commis de moindres fautes. Il ajouta une cinquieme Décurie (1) aux quatre premieres, afin de soulager les travaux des Juges. Il essaya aussi

(1) On sait que l'ordre des Chevaliers chargés de siéger dans les tribunaux étoit partagé d'abord en trois décuries, puis en quatre, puis en cinq.

tam decuriam addidit. Tentavit &, comitiorum more revocato, suffragia populo reddere. Legata ex testamento Tiberii, quamquam abolito, sed & Liviæ Augustæ, quod Tiberius suppresserat, cum fide ac sine calumnia repræsentata persolvit. Centesimam auctionum Italiæ remisit. Multis incendiorum damna supplevit: ac si quibus regna restituit, adjecit & fructum omnem vectigaliorum & redituum medii temporis, ut Antiocho Comageno sestertium millies confiscatum. Quòque magis nullius non boni exempli fautor videretur, mulieri libertinæ octoginta donavit, quòd excruciata gravissimis tormentis de scelere patroni reticuisset. Quas ob res inter reliquos honores decretus est ei clypeus aureus, quem quotannis certo die collegia sacerdotum in Capitolium ferrent, senatu prosequente, nobilibusque pueris ac puellis carmine modulato laudes virtutum ejus canentibus. Decretum autem ut dies quo cepisset imperium, Palilia vocaretur, velut argumentum rursùs conditæ urbis.

XVII. Consulatus quatuor gessit; primum ex kalendis julii per duos menses; secundum ex kalendis januarii per triginta dies; tertium usque in idus januarii; quartum usque in septimum idus easdem. Ex omnibus duos novissimos conjunxit. Tertium autem Lugduni iniit solus; non, ut quidam opinantur, superbiâ negligentiâve,

de rétablir les comices & le droit de ſuffrage. Il paya fidélement & ſans remiſe tous les legs portés ſur le teſtament de Tibere, quoiqu'il eût été annullé, & ceux du teſtament de Livie, quoique Tibere l'eût caſſé. Il remit aux peuples d'Italie les deux centieme denier des ventes. Il indemniſa pluſieurs incendiés. En rendant les royaumes à ceux que Tibere en avoit dépouillés, il y joignit les revenus qu'ils n'avoient pu percevoir pendant le tems de leur deſtitution. Il vendit à Antiochus, Roi de Comagene, une confiſcation de cent millions de ſeſterces (1). Jaloux d'encourager la vertu, il donna quatre-vingt mille ſeſterces (2) à une affranchie qui dans la queſtion n'avoit jamais voulu conſentir à accuſer ſon maître. C'eſt alors qu'on décerna à Caius, outre beaucoup d'autres honneurs, un bouclier d'or que tous les ans le college des Pontifes devoit porter au Capitole un certain jour, ſuivi de tout le Sénat & de la jeune nobleſſe des deux ſexes chantant des vers à ſa louange. On ſtatua que le jour de ſon avénement à l'Empire ſeroit appellé *Palilia* (3), comme ſi c'eût été une nouvelle fondation de Rome.

Il fut quatre fois Conſul : la premiere fois depuis le premier Juillet juſqu'au premier de Septembre : la deuxieme fois depuis le commencement de Janvier juſqu'à la fin : la troiſieme juſqu'au treize du même mois : la quatrieme juſqu'au ſept. Ses deux derniers conſulats furent

(1) Vingt millions de nos livres.

(2) Seize mille livres.

(3) C'étoit ainſi qu'on appelloit la fête de la fondation de Rome.

ſed quòd defunctum ſub kalendarum diem collegam reſciſſe abſens non potuerat. Congiarium populo bis dedit trecenos ſeſtertios; toties abundantiſſimum epulum ſenatui equeſtrique ordini, etiam conjugibus ac liberis utrorumque. Poſteriore epulo, forenſia inſuper viris, pueris ac feminis faſcias purpuræ ac conchylii diſtribuit. Et ut lætitiam publicam in perpetuum quoque augeret, adjecit diem Saturnalibus, appellavitque Juvenalem.

XVIII. Munera gladiatoria partim in amphitheatro Tauri, partim in Septis, aliquot edidit; quibus inſeruit catervas Afrorum, Campanorumque pugilum, ex utraque regione electiſſimorum. Neque ſpectaculis ipſe ſemper præſedit; ſed interdum aut magiſtratibus aut amicis præſidendi munus injunxit. Scenicos ludos & aſſiduè, & varii generis, multifariàm fecit; quondam etiam & nocturnos, accenſis totâ urbe luminibus. Sparſit & miſſilia variarum rerum, & panaria cum opſonio viritim diviſit. Quâ epulatione equiti Romano contra ſè hilariùs avidiùſque veſcenti partes ſuas miſit: ſed & ſenatori ob eamdem cauſam codicillos, quibus prætorem eum extra ordinem

(1) Soixante livres.

(2) Je ne ſais ſi Suétone met ce trait au nombre des choſes louables qu'a fait Caligula. Il n'y a pas de mal à envoyer ſon dîner à quelqu'un qui a grand appétit : mais

confécutifs. Il commença l'avant dernier à Lyon fans collegue, non par orgueil ou par négligence, comme on l'a dit, mais parcequ'abfent de Rome il ne put favoir que celui qui devoit être fon collegue étoit mort le premier Janvier. Il donna deux fois au peuple trois cents fefterces (1) par tête, & un repas fomptueux au Sénat & aux Chevaliers, & même à leurs femmes & à leurs enfants. Dans le dernier de ces repas il diftribua des toges aux hommes & des rubans de pourpre aux femmes & aux enfants; & pour augmenter à perpétuité les plaifirs publics, il ajouta un jour aux faturnales, qu'il appella le jour de la *jeuneffe*.

Il donna des fpectacles de gladiateurs tantôt dans l'amphithéâtre de Statilius Taurus, tantôt dans le champ de Mars. Il y joignit des troupes d'Africains & des athletes de Campanie, de l'élite des deux nations. Quand il ne préfidoit pas lui-même au fpectacle, il chargeoit de cette fonction ou fes amis ou des Magiftrats. Il donna auffi des jeux fcéniques fréquemment & de plufieurs efpeces, quelques-uns pendant la nuit & aux flambeaux. Il répandit auffi différents préfents parmi le peuple, & diftribua un jour à tous les citoyens des corbeilles remplies de pain & de viande. Il s'apperçut qu'un Chevalier Romain qui étoit vis-à-vis de lui mangeoit fa part avec beaucoup de gaiété & d'avidité, il lui envoya la fienne; & ayant remarqué un Sénateur qui mangeoit de même, il lui envoya des tablettes où il le nommoit Préteur extraordinairement (2). Il

---

certainement la folie de Caligula étoit commencée lorfqu'il fit Préteur un homme qui n'avoit d'autre mérite que d'être gourmand.

designabat. Edidit & Circenses plurimos a mane usque ad vesperam, interjectâ modò Africanorum venatione, modò Trojæ decursione: quosdam autem præcipuos, minio & chrysocollâ constrato Circo, nec ullis nisi ex senatorio ordine aurigantibus. Commisit & subitos, cùm lege Lucianâ apparatum Circi prospicientem pauci ex proximis mœnianis postulassent.

XIX. Novum præterea atque inauditum genus spectaculi excogitavit: nam Baiarum medium intervallum Puteolanas ad moles trium millium & sexcentorum ferè passuum ponte conjunxit, contractis undique onerariis navibus, & ordine duplici ad ancoras collocatis, superjectoque aggere terreno, ac directo in Appiæ viæ formam. Per hunc pontem ultrò citrò commeavit biduo continenti: primo die phalerato equo, insignisque quercicâ coronâ, & securi, & cetrâ, & gladio, aureâque chlamyde: postridie quadrigario habitu, curriculoque bijugi famosorum equorum, præ se ferens Darium puerum ex Parthorum obsidibus, comitante prætorianorum agmine, & in essedis cohorte amicorum. Scio plerosque existimasse talem a Caio pontem excogitatum æmulatione Xerxis, qui non sine admiratione aliquantò angustiorem Hellespontum contabulaverit: alios, ut Germaniam & Britanniam, quibus imminebat, alicujus immensi operis famâ

donna des jeux du cirque qui duroient depuis le matin jusqu'au soir, & pour intermede il faisoit paroître des bêtes d'Afrique, ou ordonnoit *les jeux Troyens*. Quelques-uns de ces spectacles furent remarquables en ce que l'arene fut parsemée de vermillon & de poudre d'or; alors il n'y avoit que des Sénateurs qui courussent: d'autres furent donnés subitement un jour qu'il observoit du haut de son palais si tout seroit prêt pour l'appareil du cirque, selon la loi de Lucius (1), & que quelques citoyens qui étoient sur la platte-forme de leurs maisons lui demanderent un spectacle. Celui qu'il imagina quelque tems après étoit incroyable & inoui. Il fit élever sur la mer entre Bayes & Pouzzoles dans l'espace de trois mille six cents pas un pont formé d'un double rang de vaisseaux de transport attachés avec des ancres & recouverts d'une chaussée qui imitoit la voie Appienne. Il alloit & venoit sur ce pont pendant deux jours, le premier sur un cheval magnifiquement enharnaché, uue couronne de chêne sur la tête, armé d'une hache, d'un bouclier gaulois & d'une épée, & couvert d'une casaque dorée: le lendemain en habit de cocher, menant un char attelé de deux chevaux d'une beauté rare, & faisant marcher devant lui le jeune Darius que les Parthes lui avoient donné en ôtage, suivi de ses gardes prétoriennes & de ses amis montés sur des charriots. Je sais qu'on a cru que Caligula n'avoit fait son pont que pour imiter Xerxès qu'on avoit admiré beaucoup lorsqu'il traversa de la même maniere le détroit de l'Hellespont moins large

(1) Qui avoit réglé tout ce qui regardoit les jeux du Cirque.

territaret. Sed avum meum narrantem puer audiebam, causam operis ab interioribus aulicis proditam, quòd Thrasyllus mathematicus, anxio de successore Tiberio, & in verum nepotem proniori, affirmasset non magis Caium imperaturum, quàm per Baianum sinum equis discursurum.

XX. Edidit & peregrè spectacula : in Sicilia Syracusis Atticos ludos, & in Gallia Lugduni miscellos; sed & certamen quoque Græcæ Latinæque facundiæ : quo certamine ferunt victoribus præmia victos contulisse, eorumdem & laudes componere coactos; eos autem qui maximè displicuissent, scripta sua spongiâ linguâve delere jussos, nisi ferulis objurgari aut flumine proximo mergi maluissent.

XXI. Opera sub Tiberio semiperfecta, templum Augusti theatrumque Pompeii absolvit. Inchoavit autem aquæductum regione Tiburi, & amphitheatrum juxta Septa : quorum operum a successore ejus Claudio alterum peractum, omissum alterum est. Syracusis collapsa vetustate mœnia, deorumque ædes refectæ. Destinaverat & Sami Polycratis regiam restituere, Mileti Didymeum peragere, in jugo Alpium urbem condere,

---

(1) On appelloit ces jeux *Miscelli*, c'est-à-dire *les Mêlanges.*

que celui de Bayes: d'autres ont pensé qu'il vouloit effrayer par quelque grande entreprise les Germains & les Bretons qu'il menaçoit de la guerre. Mais j'ai oui dire à mon aïeul que la vraie cause de cette construction bisarre, s'il en faut croire les courtisans les plus intimes de Caligula, étoit une prédiction du devin Thrasylle qui, voyant Tibere inquiet sur son successeur & penchant vers le jeune Tibere son neveu, lui avoit assuré que Caius ne seroit pas plus Empereur qu'il n'iroit à cheval sur le détroit de Bayes.

Il donna aussi des spectacles hors de l'Italie, les jeux attiques à Siracuse & des jeux de toute espece (1) à Lyon dans les Gaules, entr'autres un combat d'éloquence grecque & latine où les vaincus étoient obligés de couronner eux-mêmes les vainqueurs & de chanter leurs louanges, & ceux dont les compositions étoient trop mauvaises devoient les effacer avec une éponge ou avec leur langue sous peine de recevoir des férules ou d'être jettés dans la riviere (2).

Il acheva les ouvrages que Tibere avoit laissés imparfaits, le temple d'Auguste & le théâtre de Pompée. Il commença un aqueduc auprès de Tivoli & un amphithéâtre attenant le champ de Mars. Son successeur Claude finit le premier de ces édifices, & abandonna l'autre. Les murs de Syracuse & les temples des Dieux tombés en ruine furent rétablis. Caius avoit aussi projetté de rétablir le palais de Polycrate de Samos, d'achever

---

(2) Les férules & la riviere sont de trop. Mais c'est une bonne idée, de faire couronner les bons Écrivains par les mauvais; c'est la seule maniere de rendre l'honneur à ces derniers.

ſed ante omnia iſthmum in Achaia perfodere: miſeratque jam ad dimetiendum opus primipilarem.

XXII. Hactenùs quaſi de principe: reliqua ut de monſtro narranda ſunt. Compluribus cognominibus aſſumptis (nam & Pius, & caſtrorum Filius, & Pater exercituum, & optimus maximus Cæſar vocabatur), cùm audiret fortè reges qui officii causâ in urbem advenerant, concertantes apud ſe ſuper cœnam de nobilitate generis, exclamavit: Εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς· nec multum abſuit quin ſtatim diadema ſumeret, ſpeciemque principatûs in regni formam converteret. Verùm admonitus & principum & regum ſe exceſſiſſe faſtigium, divinam ex eo majeſtatem aſſerere ſibi cœpit: datoque negotio ut ſimulacra numinum religione & arte præclara, inter quæ Olympii Jovis, apportarentur e Græcia, quibus capite dempto ſuum imponeret, partem palatii ad forum uſque promovit, atque æde Caſtoris & Pollucis in veſtibulum transfiguratâ, conſiſtens ſæpe inter fratres deos medium ſe adorandum adeuntibus exhibebat; & quidam eum Latialem Jovem conſalutaverunt. Templum etiam numini ſuo proprium, & ſacerdotes & excogitatiſſimas hoſtias inſtituit. In templo ſimulacrum ſtabat aureum iconicum; amiciebaturque quotidie veſte, quali ipſe uteretur Magiſteria ſacerdotii ditiſſi-

le temple de Cibele à Milet, de bâtir une ville ſur le ſommet des Alpes, mais avant tout de percer l'iſthme de Corinthe. Il avoit envoyé un Centurion de la premiere ligne, pour prendre les dimenſions néceſſaires.

J'ai parlé juſqu'ici d'un Prince : je vais parler d'un monſtre. Chargé de toutes ſortes de ſurnoms, (car on l'appelloit *le pieux, l'enfant des armées, le pere des ſoldats, le très bon, le très grand*), il entendit pluſieurs Rois, que leurs affaires amenoient à Rome, diſputer entr'eux de la prééminence. Il s'écria : *Il n'y a qu'un Maître, il n'y a qu'un Roi*, & fut ſur le point de prendre le diadème & les marques de la royauté. Mais comme on l'avertit qu'il étoit trop au-deſſus de tous les Rois, il commença à prétendre aux honneurs divins. Il fit venir de Grece les ſtatues des Dieux les plus célebres par leur perfection ou par le reſpect des peuples, entr'autres celle de Jupiter Olympien. Il leur fit ôter la tête & mettre à la place celle de ſes ſtatues. Il fit agrandir ſon palais juſqu'à ce qu'il joignît la place publique où étoit le temple de Caſtor & Pollux. Il en fit un veſtibule, où il paroiſſoit aſſis entre ces deux freres, & recevoit des adorations. Quelques-uns le ſaluoient ſous le *nom de Jupiter Latin*. Il eut un temple, des prêtres & les victimes les plus rares. Sa ſtatue étoit en or dans ſon temple, vêtue chaque jour comme lui. Les plus riches des citoyens briguoient avidement ce ſacerdoce. Les victimes mes qu'on lui immoloit étoient des phénicopteres (1), des paons, des poules d'Inde & d'Afri-

(1) Ce mot ſignifie *aîle rouge*. On croit que c'eſt l'oiſeau qu'on appelle *le Flamand*.

mus quisque & ambitione & licitatione maximâ vicibus comparabant. Hostiæ erant phœnicopteri, pavones, tetraones, numidicæ, meleagrides, phasianæ, quæ generatim per singulos dies immolarentur. Et noctibus quidem plenam fulgentemque lunam invitabat assiduè in amplexus atque concubitum: interdiù verò cum Capitolino Jove secretò fabulabatur, modò insusurrans ac præbens invicem aures, modò clariùs nec sine jurgiis; nam vox comminantis audita est:

Εἰς γαῖαν Δαναῶν περάω σέ·

donec exoratus, ut referebat, & in contubernium ultrò invitatus, super templum divi Augusti ponte transmisso, Palatium Capitoliumque conjunxit. Mox, quò propior esset, in area Capitolina novæ domûs fundamenta jecit.

XXIII. Agrippæ se nepotem neque credi neque dici ob ignobilitatem ejus volebat; succensebatque, si qui vel oratione vel carmine imaginibus eum Cæsarum insererent. Prædicabat autem matrem suam ex incesto quod Augustus cum Julia filia commisisset procreatam: ac non contentus hac Augusti insectatione, Actiacas Siculasque victorias, ut funestas populo Romano & calamitosas, vetuit solennibus feriis celebrari. Liviam Augustam proaviam *Ulyssem stolatum* identidem appellans, etiam ignobilitatis quâdam ad se-

que, des oies noires, des faiſands. Chaque jour avoit ſon eſpece marquée. Pendant la nuit il invitoit la Lune, lorſqu'elle étoit dans ſon plein, à venir coucher avec lui : dans le jour il s'entretenoit avec Jupiter ; tantôt lui parlant à l'oreille & feignant d'écouter ſes réponſes, tantôt élevant la voix & même le querellant ; car on l'entendit une fois lui dire avec menace : *Je te renverrai en Grece, d'où je t'ai fait venir.* Mais bientôt s'étant laiſſé appaiſer, comme il le diſoit, & invité par Jupiter à venir loger chez lui, il fit faire une galerie de communication par-deſſus le temple d'Auguſte, du mont Palatin juſqu'au Capitole ; & enſuite, pour être encore plus voiſin, il fit jetter les fondements d'un nouveau palais dans la place même du Capitole.

Il ne vouloit pas qu'on crût ni qu'on dît qu'il deſcendoit d'Agrippa. Il trouvoit la naiſſance d'Agrippa trop baſſe, & ſe mettoit en colere lorſque dans un diſcours ou dans des vers on le plaçoit au rang des Céſars. Il prétendoit que ſa mere étoit née d'un inceſte d'Auguſte avec ſa fille Julie ; & non content de calomnier ainſi la mémoire d'Auguſte, il défendit que l'on célébrât la victoire d'Actium ni la défaite du jeune Pompée en Sicile, qu'il nommoit des journées funeſtes au peuple Romain (1). Il appelloit ſa biſaïeule Livie un *Uliſſe femelle*, & rabaiſſa ſa naiſſance dans une lettre au Sénat, où il prétendoit que l'aïeul ma-

(1) Il n'avoit pas tort : mais c'étoit d'autant moins à lui à le dire, qu'il devoit l'Empire à ces victoires, & qu'elles étoient l'ouvrage d'un de ſes ancêtres. C'eſt en ce ſens que Suétone met ce propos de Caligula au rang de ſes folies.

natum epiſtolâ arguere auſus eſt, quaſi materno avo decurione Fundano ortam, cùm publicis monumentis certum ſit Aufidium Lurconem Romæ honoribus functum. Aviæ Antoniæ ſecretum petenti denegavit, niſi interveniret Macro præfectus. Ac per iſtiuſmodi indignitates & tædia, cauſa exſtitit mortis, dato tamen, ut quidam putant, & veneno. Nec defunctæ ullum honorem habuit; proſpexitque e triclinio ardentem rogum. Fratrem Tiberium inopinantem, repentè immiſſo tribuno militum, interemit: Silanum item ſocerum ad necem ſecandaſque novaculâ fauces, compulit: cauſatus in utroque quòd hic ingreſſum ſe turbatius mare non eſſet ſecutus, ac ſpe occupandi urbem, ſi quid ſibi per tempeſtates accideret, remanſiſſet; ille antidotum oboluiſſet, quaſi ad præcavenda venena ſua ſumptum: cùm & Silanus impatientiam nauſeæ vitaſſet & moleſtiam navigandi, & Tiberius propter aſſiduam & ingraveſcentem tuſſim medicamento uſus eſſet. Nam Claudium patruum non niſi in ludibrium reſervavit.

XXIV. Cum omnibus ſororibus ſuis ſtupri conſuetudinem fecit; plenoque convivio ſingulas infra ſe viciſſim collocabat, uxore ſupra cubante. Ex his Druſillam vitiaſſe virginem prætextatus adhuc creditur, atque etiam in concubitu ejus quondam deprehenſus ab avia Antonia,

ternel de Livie étoit un Magiſtrat municipal de Fondi. Cependant il eſt certain que cet aïeul nommé Aufidius Lurco avoit exercé la Magiſtrature à Rome. Il refuſa une converſation particuliere à ſon aïeule Antonie qui la lui demandoit, & voulut que Macron, chef de ſa garde, fût préſent. C'eſt par de tels dégoûts & de pareilles indignités qu'il la fit mourir de chagrin, ſi cependant il ne l'empoiſonna pas, comme on l'a dit. Il ne lui rendit aucun honneur après ſa mort, & vit tranquillement les flammes de ſon bucher de la table où il étoit aſſis. Il envoya un Tribun des ſoldats tuer ſon frere Tibere au moment où il s'y attendoit le moins, & obligea ſon beau-pere Silacus à ſe couper la gorge avec un raſoir. Il allégua pour prétexte de ces deux meurtres, que ſon frere avoit refuſé de le ſuivre ſur mer dans un tems d'orage, & étoit reſté dans Rome pour attendre les événemens & s'emparer de la ville, & que Silanus pendant le voyage avoit reſpiré d'un antidote qu'il n'avoit pris, diſoit Caius, que pour ſe garantir du poiſon. Cependant Silanus n'avoit voulu qu'adoucir l'incommodité de la navigation, & prévenir les nauſées, & le jeune Tibere avoit été obligé de prendre des remedes contre une toux opiniâtre dont il étoit tourmenté. A l'égard de Claude ſon oncle qui lui ſuccéda, il ne l'épargna que pour en faire ſon jouet.

Il eut un commerce criminel & ſuivi avec toutes ſes ſœurs. Il les faiſoit mettre à table au-deſſous de lui, tandis que ſa femme étoit au-deſſus. Il paſſe pour avoir ravi la virginité à Druſille, lorſqu'il avoit encore la robe prétexte. On prétend même qu'il fut ſurpris dans ſes bras par Antonie chez qui il étoit élevé avec elle. Il la ma-

apud quam ſimul educabantur : mox Lucio Caſſio Longino conſulari collocatam abduxit, & in modum juſtæ uxoris propalàm habuit : heredem quoque bonorum atque imperii æger inſtituit. Eâdem defunctâ, juſtitium indixit, in quo riſiſſe, laviſſe, cœnaſſe cum parentibus, aut conjuge, liberiſve, capitale fuit. Ac mœroris impatiens, cùm repentè noctuque profugiſſet ab urbe, tranſcurriſſetque Campaniam, Syracuſas petiit. Rurſùſque inde properè rediit, barbâ capilloque promiſſo. Nec unquam poſtea quantiſcumque de rebus, ne pro concione quidem populi, aut apud milites, niſi per numen Druſillæ dejeravit. Reliquas ſorores nec cupiditate tantâ nec dignatione dilexit, ut quas ſæpe exoletis ſuis proſtraverit : quò faciliùs eas in cauſa Æmilii Lepidi condemnavit quaſi adulteras, & inſidiarum adversùs ſe conſcias. Nec ſolùm chirographa omnium requiſita fraude ac ſtupro divulgavit, ſed & tres gladios in necem ſuam præparatos Marti Ultori, addito elogio, conſecravit.

XXV. Matrimonia contraxerit turpiùs, an dimiſerit, an tenuerit, non eſt facile diſcernere. Liviam Oreſtillam Caio Piſoni nubentem, cùm ad officium & ipſe veniſſet, ad ſe deduci imperavit, intraque paucos dies repudiatam biennio poſt relegavit, quòd repetiſſe uſum prioris mariti tempore medio videbatur. Alii tradunt, adhibitum cœ-

ria à Lucius Caſſius Longinus, homme conſulaire, la lui ôta enſuite & la traita publiquement comme ſon épouſe légitime. Dans une maladie qu'il eut il la déclara héritiere de ſes biens & de l'Empire. Après ſa mort il fit ceſſer toutes les fonctions publiques, & pendant ce tems ce fut un crime capital d'avoir ri, d'avoir été au bain ou d'avoir ſoupé avec ſes parens, ſa femme & ſes enfants. Ne pouvant réſiſter à ſa douleur, il courut de nuit vers la Campanie & de-là à Syracuſe. Mais il en revint bruſquement, laiſſant croître ſa barbe & ſes cheveux, & dans la ſuite il ne jura jamais que par le nom de Druſille, même dans les affaires les plus importantes & en parlant au peuple ou aux ſoldats. Il n'aima pas autant & ne traita pas de même ſes autres ſœurs: il les proſtitua ſouvent à ſes *mignons*. Auſſi n'eut-il aucune peine à les condamner à l'exil comme complices de la conjuration de Lépidus & comme adulteres. Il fit voir leur ſignature qu'il avoit ſurpriſe par fraude ou en abuſant de leur foibleſſe; & trois épées qu'il diſoit avoir été préparées contre lui furent conſacrées à Mars vengeur avec une inſcription qui atteſtoit ce prétendu crime.

Il fut auſſi infâme dans ſes mariages que dans ſes divorces. Ayant été viſiter Caius Piſon qui venoit d'épouſer Oreſtilla, il amena cette femme chez lui, la répudia en peu de jours, & deux ans après l'exila ſous prétexte que dans cet intervalle elle avoit revu ſon premier mari. D'autres diſent qu'étant aſſis vis-à-vis de Piſon au feſtin nuptial, & le voyant près d'Oreſtilla, il lui dit: *Ne preſſe pas ma femme de ſi près*; que ſur le champ

næ nuptiali, mandasse ad Pisonem contrà accumbentem, Noli uxorem meam premere; statimque e convivio abduxisse eam secum, & proximo die edixisse matrimonium sibi repertum exemplo Romuli & Augusti. Lolliam Paullinam, Caio Memmio consulari, exercitus regenti, nuptam, factâ mentione aviæ ejus ut quondam pulcherrimæ, subitò ex provincia evocavit, ac perductam a marito conjunxit sibi, brevique missam fecit, interdicto cujusquam in perpetuum coitu. Cæsoniam neque facie insigni, neque ætate integrâ, matremque jam ex alio viro trium filiarum, sed luxuriæ ac lasciviæ perditæ, & ardentiùs & constantiùs amavit; ut sæpe chlamyde peltâque & galeâ ornatam, & juxta adequitantem, militibus ostenderit, amicis verò etiam nudam. Quam enixam uxorio nomine dignatus est, uno atque eodem die professus & maritum se ejus, & patrem infantis ex ea natæ. Infantem autem Juliam Drusillam appellatam per omnium dearum templa circumferens, Minervæ gremio imposuit, alendamque & instituendam commendavit. Nec ullo firmiore indicio sui seminis esse credebat, quàm feritatis, quæ illi quoque tanta jam tunc erat, ut infestis digitis ora & oculos simul ludentium infantium incesseret.

XXVI. Leve ac frigidum sit his addere quo propinquos amicosque pacto tractaverit : Ptole-

il s'en empara, & le lendemain fit publier qu'il s'étoit marié comme Romulus & comme Auguſte. Il entendit dire que l'aïeule de Lollia Paulina, femme de Memmius, homme conſulaite & commandant les armées, avoit été fort belle: auſſitôt il fit venir Lollia (1) de la province où elle étoit, en jouit & la renvoya bientôt en lui défendant d'avoir jamais commerce avec aucun homme. Il aima avec plus de conſtance & de paſſion Céſonie qui n'étoit ni belle ni jeune, & qui avoit trois filles, mais qui étoit de la plus impudente lubricité. Il la fit voir ſouvent aux ſoldats revêtue d'une cotte d'armes, d'un bouclier & d'un caſque, & montant à cheval à côté de lui. Il la montra nue à ſes amis. Quand elle fut mere, il l'honora du nom de ſon épouſe, ſe déclara le pere de la fille qu'elle mit au monde, l'appella *Julie Druſille*, la fit porter dans les temples des déeſſes, & la plaça dans le ſein de Minerve, à qui il donna le ſoin de la nourrir & de l'élever. Rien ne lui prouvoit plus que cette fille étoit à lui, que la férocité qu'elle faiſoit paroître, & qui étoit telle qu'elle portoit ſes ongles aux yeux des enfants qui jouoient avec elle.

Après ces détails on ne ſera pas étonné de la maniere dont il traita ſes proches & ſes amis. Pto-

(1) C'étoit probablement un des traits de ſa folie, de croire la beauté héréditaire. Il eſt aſſez plaiſant de choiſir une femme à cauſe de la beauté de ſon aïeule.

mæum regis Jubæ filium, consobrinum suum (erat enim & is Marci Antonii ex Selena filia nepos), & in primis ipsum Macronem, ipsam Enniam, adjutores imperii, quibus omnibus, pro necessitudinis jure, proque meritorum gratia, cruenta mors persoluta est. Nihilo reverentior leniorve erga senatum: quosdam summis honoribus functos ad essedum sibi occurrere togatos per aliquot passuum millia, & cœnanti, modò ad pluteum, modò ad pedes stare, succinctos linteo passus est: alios cùm clàm interemisset, citare nihilo minùs ut vivos perseveravit, paucos post dies voluntariâ morte periisse mentitus. Consulibus oblitis de natali suo edicere abrogavit magistratum; fuitque per triduum sine summa potestate respublica. Quæstorem suum in conjuratione nominatum flagellavit veste detractâ subjectâque militum pedibus, quò firmè verberaturi insisterent. Simili superbiâ violentiâque ceteros tractavit ordines. Inquietatus fremitu gratuita in Circo loca de media nocte occupantium, omnes fustibus abegit; elisique per eum tumultum viginti ampliùs equites Romani, totidem matronæ, super innumeram turbam ceteram. Scenicis ludis inter plebem & equitem causam discordiarum se-

(1) Cela est assez difficile à concevoir, à moins de penser que le parquet étoit glissant, & que les soldats étoient plus lémée,

lémée, par exemple, fils de Juba & ſon propre couſin, puiſqu'il étoit neveu de Marc Antoine par les femmes, & Macron & cette même Ennia qui tous deux l'éleverent à l'Empire; tous, malgré la parenté & les bienfaits, périrent d'une mort ſanglante. Il n'eut pas plus d'égard ni plus de douceur pour le Sénat. Il ſouffrit que pluſieurs membres de ce Corps, décorés des plus hautes magiſtratures, vinſſent à pied & en toge au-devant de ſon char l'eſpace de pluſieurs milles, & reſtaſſent debout auprès de ſa table ou à ſes pieds, retrouſſés comme des eſclaves. Il en fit périr quelques-uns ſecrétement, & ne laiſſa pas pendant quelque tems de les appeller comme s'ils euſſent vécu encore : il voulut faire croire enſuite qu'ils avoient eux-mêmes fini leurs jours volontairement. Il deſtitua les Conſuls pour avoir oublié d'annoncer par un édit l'anniverſaire de ſa naiſſance, & la République fut pendant trois jours ſans premiers Magiſtrats. Son Queſteur ayant été nommé dans une conjuration, il le fit battre de verges, lui ôta lui-même ſon habit & le mit ſous les pieds des ſoldats pour qu'ils frappaſſent plus à leur aiſe (1).

Il traita tous les ordres de l'Etat avec autant d'orgueil que de violence. Importuné pendant la nuit du bruit que faiſoit la foule qui ſe hatoit de prendre les places gratuites dans le cirque, il la fit chaſſer à coups de bâton. Le tumulte fut ſi grand que plus de vingt Chevaliers Romains & autant de meres de familles y périrent, ſans compter beaucoup de petit peuple. Il ſe plaiſoit à

---

fermes ſur leurs pieds en ſe ſervant de ces habits comme d'un tapis.

rens, decimas maturiùs dabat, ut equeſtria ab infimo quoque occuparentur. Gladiatorio munere, reductis interdùm flagrantiſſimo ſole velis, emitti quemquam vetabat: remotoque ordinario apparatu, rabidis feris viliſſimos ſenio confectos, gladiatores quoque pegmares, patresfamiliarum notos, ſed inſignes debilitate aliquâ corporis, ſubjiciebat. Ac nonnunquam, horreis præcluſis, populo famem indixit.

XXVII. Sævitiam ingenii per hæc maximè oſtendit. Cùm ad ſaginam ferarum muneri præparatarum cariùs pecudes compararentur, ex noxiis laniandos adnotavit: & cuſtodiarum ſeriem recognoſcens, nullius inſpecto elogio, ſtans tantummodò intra porticum mediam, a calvo ad calvum duci imperavit. Votum exegit ab eo qui pro ſalute ſua gladiatoriam operam promiſerat: ſpectavitque ferro dimicantem; nec dimiſit niſi victorem, & poſt multas preces. Alterum, qui ſe periturum ea de cauſa voverat, cunctantem pueris tradidit verbenatum infulatumque, qui votum repoſcentes per vicos agerent, quoad præcipitaretur ex aggere. Multos honeſti ordinis, deformatos priùs ſtigmatum notis, ad metalla, aut ad viarum munitiones, aut ad beſtias condemnavit, aut beſtiarum more quadrupedes caveâ coercuit, aut medios ferrâ diſſecuit. Nec omnes gravibus ex cauſis, verùm malè de munere ſuo

exciter des querelles entre l'ordre des Chevaliers & les Plébéiens : il faisoit commencer les jeux plutôt que de coutume, afin que les Chevaliers trouvassent leurs places occupées par le premier venu. Au milieu d'un spectacle de gladiateurs il fit tout d'un coup retirer les toiles qui garantissoient l'assemblée des ardeurs du soleil, & défendit que personne sortît; & au lieu des combats ordinaires il fit exposer aux bêtes féroces ce qu'il y avoit de plus vieux & de plus abject parmi les gladiateurs du second théâtre (1), & des peres de famille infirmes. Quelquefois même il ferma les greniers publics & menaça le peuple de la famine.

Voici les traits les plus marqués de sa barbarie. Comme la viande coutoit trop cher pour nourrir les animaux destinés au spectacle, il les fit nourrir de la chair des criminels qu'on leur donnoit à déchirer tout vivants, & il marqua lui-même ceux qui leur devoient être livrés. Un jour qu'il visitoit les prisons, étant debout au guichet il condamna aux bêtes tous ceux qui y étoient renfermés sans faire aucun examen. Il obligea un citoyen, qui avoit fait vœu de combattre dans l'arene pour les jours de César, à tenir son vœu : il assista au combat & ne le renvoya que victorieux, & encore avec beaucoup de peine. Un autre avoit juré de mourir pour lui s'il le falloit : il le prit au mot; & comme il hésitoit, il le fit parér comme une victime, puis il le livra à une troupe d'enfants, avec ordre de le poursuivre dans les

(1) Espece de treteaux portatifs qui paroissoient tout d'un coup sur la scene, & où l'on exécutoit des jeux & des combats.

opinatos, vel quòd nunquam per Genium suum dejerassent. Parentes supplicio filiorum interesse cogebat: quorum uni valetudinem excusanti lecticam misit: alium e spectaculo pœnæ epulis statim adhibuit, atque omni comitate ad hilaritatem & jocos provocavit. Curatorem munerum ac venationum per continuos dies in conspectu suo catenis verberatum non priùs occidit, quàm offensus putrefacti cerebri odore. Atellanæ poetam, ob ambigui joci versiculum, mediâ amphitheatri arenâ igni cremavit. Equitem Romanum objectum feris, cùm se innocentem proclamasset, reduxit, abscissâque linguâ, rursùs induxit.

XXVIII. Revocatum quemdam a vetere exsilio sciscitatus quidnam ibi facere consuesset, respondente eo per adulationem, Deos semper oravi ut, quod evenit, periret Tiberius, & tu imperares; opinans sibi quoque exsules suos mortem imprecari, misit circum insulas qui universos contrucidarent. Cùm discerpi senatorem concupisset, subornavit qui ingredientem curiam, repentè hostem publicum appellantes, invaderent, graphiisque confossum lacerandum ceteris traderent. Nec antè satiatus est quàm membra & artus & viscera hominis tracta per vicos atque ante se congesta vidisset.

XXIX. Immanissima facta augebat atrocitate verborum. Nihil magis in natura sua laudare se

rues en lui rappellant ſon vœu, juſqu'à ce qu'il ſe fût précipité du haut du roc Tarpeïen. Il condamna aux mines ou aux travaux des chemins ou aux bêtes une foule de citoyens diſtingués, après les avoir fait marquer d'un fer chaud, ou bien il les faiſoit entaſſer dans des caves où ils étoient obligés de ſe tenir dans la poſture des bêtes à quatre pattes, ou il les faiſoit ſcier en deux ; & ce n'étoit pas pour des cauſes graves, mais pour n'avoir pas été contents d'un de ſes ſpectacles, ou pour n'avoir jamais juré par ſon génie. Il obligeoit les peres d'aſſiſter au ſupplice de leurs enfants. L'un d'eux s'excuſa ſur ſa ſanté, il lui envoya ſa litiere. Il invita à venir manger avec lui un autre qui venoit de voir mourir ſon fils, & l'excita autant qu'il put à rire & à être gai. Il fit battre avec des chaînes pendant pluſieurs jours de ſuite un Entrepreneur de ſpectacles, & ne le fit tuer que lorſqu'il ſe ſentit incommodé de l'odeur de ſes plaies. Un Poëte d'Atella fut brulé dans l'arene pour un vers équivoque. Un Chevalier Romain expoſé aux bêtes s'écria qu'il étoit innocent, il le fit revenir, lui fit arracher la langue & le renvoya au ſupplice.

Il demanda un jour à un citoyen qu'il avoit rappellé de l'exil où il étoit depuis long-tems, ce qu'il avoit coutume d'y faire. Celui-ci répondit pour le flatter : *Je demandois aux Dieux ce qui eſt arrivé, que Tibere mourût & que vous regnaſſiez.* Sur ce propos il ſe perſuada que tous ceux qu'il avoit exilés lui ſouhaitoient la mort. Il envoya des ſoldats pour les égorger tous. Voulant faire mettre en pieces un Sénateur, il apoſta des hommes à lui pour l'appeller ennemi public au moment où il entreroit dans le Sénat, le percer de coups & le don-

ac probare dicebat, quàm, ut ipſius verbo utar, ἀδιατρεψίαν. Monenti Antoniæ aviæ, tanquam parum eſſet non obedire, Memento, ait, omnia mihi & in omnes licere. Trucidaturus fratrem, quem metu venenorum præmuniri medicamentis ſuſpicabatur: Antidotum, inquit, adversùs Cæſarem! Relegatis ſororibus, non ſolùm inſulas habere ſe, ſed etiam gladios, minabatur. Prætorium virum ex ſeceſſu Anticyræ, quam valetudinis causâ petierat, propagari ſibi commeatum ſæpiùs deſiderantem, cùm mandaſſet interimi, adjecit neceſſariam eſſe ſanguinis miſſionem cui tam diù non prodeſſet helleborum. Decimo quoque die, numerum puniendorum ex cuſtodia ſubſcribens, rationem ſe purgare dicebat. Gallis Græciſque aliquot uno tempore condemnatis, gloriabatur Gallogræciam ſeſe ſubegiſſe.

XXX. Non temerè in quemquam, niſi crebris & minutis ictibus, animadverti paſſus eſt, perpetuo notoque jam præcepto, ita feri, ut ſe mori ſentiat. Punito per errorem nominis alio quàm quem deſtinaverat, ipſum quoque paria meruiſſe dixit. Tragicum illud ſubinde jactabat: Oderint dum metuant. Sæpe in cunctos pariter ſenatores, ut Sejani clientes, aut matris ac fratrum ſuorum delatores, invectus eſt: prolatis libellis quos crematos ſimulaverat, defensâque Tiberii ſævitiâ quaſi neceſſariâ, cùm tot criminan-

ner à déchirer à la populace, & il ne fut pas content qu'il n'eût vu ſes membres & ſes entrailles traînés par les rues & apportés à ſes pieds. Ses paroles étoient auſſi atroces que ſes actions. Il ſe glorifioit ſur-tout de ce qu'il appelloit ſon inflexibilité. Son aïeule Antonie lui faiſoit quelques remontrances. Non content de n'y avoir aucun égard, *ſouvenez-vous*, lui dit-il, *que tout m'eſt permis & contre tous*. Comme il donnoit l'ordre de tuer ſon frere qu'il croyoit s'être muni de contre-poiſon, *du contre-poiſon*, dit-il, *contre Céſar!* Lorſqu'il exila ſes ſœurs, il leur dit avec menace *qu'il avoit non ſeulement des iſles, mais encore des glaives.* Un citoyen qui avoit été Préteur, & qui étoit retiré à Anticyre pour ſa ſanté, demandoit la permiſſion d'y faire un plus long ſéjour : il ordonna qu'on le tuât, diſant qu'il lui falloit une ſaignée, puiſque l'ellebore ne lui ſervoit de rien. Tous les dix jours il faiſoit la liſte des priſonniers qu'il falloit exécuter, & il appelloit cela *apurer ſes comptes*. Ayant condamné en même tems des Grecs & des Gaulois, il ſe vantoit d'*avoir ſubjugué la Gallogrece* (1).

Il faiſoit toujours frapper lentement, & l'on connoît de lui ce mot qu'il répétoit ſouvent à ſes bourreaux, *fais en ſorte qu'il ſe ſente mourir.* Ayant puni un homme pour un autre par une mépriſe de nom, *celui-ci*, dit-il, *l'a autant mérité que l'autre*. Il avoit fréquemment à la bouche ce mot d'une tragédie, *qu'ils me haïſſent, pourvu qu'ils me craignent*. Il invectiva ſouvent contre tous les Sénateurs à la fois, comme clients de Sé-

---

(1) Ou Galatie, contrée de l'Aſie, où étoient établis des Grecs & des Gaulois.

tibus credendum esset. Equestrem ordinem, ut scenæ arenæque devotum assiduè proscidit. Infensus turbæ faventi adversùs studium suum, exclamavit: Utinam populus Romanus unam cervicem haberet! Cùmque Tetrinius latro postularetur, & qui postularent Tetrinios esse ait. Retiarii tunicati quinque numero gregatim dimicantes, sine certamine ullo totidem secutoribus succubuerant: cùm occidi juberentur, unus resumptâ fuscinâ omnes victores interemit. Hanc ut crudelissimam cædem & deflevit edicto, & eos qui spectare sustinuissent exsecratus est.

XXXI. Queri etiam palàm de conditione temporum suorum solebat, quòd nullis calamitatibus publicis insignirentur: Augusti principatum clade Varianâ; Tiberii, ruinâ spectaculorum apud Fidenas, memorabilem factum: suî oblivionem imminere prosperitate rerum. Atque identidem exercituum cædes, famem, pestilentiam, incendia, hiatum aliquem terræ, optabat.

XXXII. Animum quoque remittenti, ludoque & epulis dedito, eadem dictorum factorumque sævitia aderat. Sæpe in conspectu prandentis vel comissantis seriæ quæstiones per tormenta habebantur. Miles decollandi artifex quibuscumque e custodia capita amputabat. Puteolis dedicatione pontis, quem excogitatum ab eo significa-

jan ou comme accusateurs de sa mere & de ses freres. Il montroit les mémoires qu'il avoit feint de brûler, & justifioit la cruauté de Tibere autorisée par tant d'accusations. Il injurioit tout l'ordre des Chevaliers comme idolâtre de jeux & de spectacles. Furieux de voir le peuple d'un avis contraire au sien dans une représentation théatrale, il s'écria, *Plût au ciel que le Peuple Romain n'eût qu'une tête!* On accusoit devant lui un brigand nommé Tetrinius. Il dit que ceux qui en demandoient justice étoient eux-mêmes des Tetrinius. Cinq gladiateurs avoient terrassé cinq de leurs adversaires, de ceux qu'on nomme *rétiaires* (1), sans qu'ils fissent aucune résistance. On avoit prononcé leur arrêt de mort. Un des vaincus se releva, reprit sa fourche, & tua tous les vainqueurs. Ce massacre lui parut affreux. Il le déplora par un édit, & chargea d'imprécations ceux qui avoient soutenu ce spectacle.

Il avoit coutume de se plaindre de ce que son regne n'étoit marqué par aucune grande calamité; que celui d'Auguste l'avoit été par la défaite de Varus, celui de Tibere par la chute de l'amphithéâtre de Fidenes; que le sien seroit oublié pour avoir été trop heureux, & de tems en tems il souhaitoit des défaites sanglantes, des pestes, des famines & des tremblements de terre.

Sa férocité ne le quittoit pas même dans ses jeux, dans ses divertissements, dans ses festins. On donnoit la question devant lui pendant qu'il soupoit ou qu'il faisoit la débauche. Un soldat habile à couper des têtes exerçoit son talent en sa présence sur tous les prisonniers indifféremment.

(1) Qui combattoient avec un filet & une fourche.

vimus, cùm multos e littore invitasset ad se, repentè omnes præcipitavit. Quosdam gubernacula apprehendentes contis remisque detrusit in mare. Romæ publico epulo servum, ob detractam lectis argenteam laminam, carnifici confestim tradidit, ut, manibus abscissis, atque ante pectus e collo pendentibus, præcedente titulo qui causam pœnæ indicaret, per cœtus epulantium circumduceretur. Mirmillonem e ludo rudibus secum batuentem, & sponte prostratum, confodit ferreâ sicâ, ac more victorum cum palma discurrit. Admotâ altaribus victimâ, succinctus poparum habitu, elato altè malleo, cultrarium mactavit. Lautiore convivio effusus subitò in cachinnos, consules qui juxta cubabant quidnam rideret blandè quærentibus: Quid, inquit, nisi uno meo nutu jugulari utrumque vestrûm statim posse?

XXXIII. Inter varios jocos, cùm assistens simulacro Jovis Apellem tragœdum consuluisset, uter illi major videretur, cunctantem flagellis discidit: collaudans subinde vocem deprecantis, quasi etiam in gemitu prædulcem. Quoties uxoris vel amiculæ collum exoscularetur, addebat: Tam bona cervix, simul ac jussero, demetur. Quin & subinde jactabat exquisiturum se vel fidiculis de Cæsonia sua, cur eam tantoperè diligeret.

XXXIV. Nec minore livore ac malignitate quàm superbiâ sævitiâque pene adversus omnis

Faiſant la dédicace de ce pont de Pouzzoles dont nous avons parlé, il invita pluſieurs de ceux qui étoient ſur le rivage à s'approcher de lui, & les jetta tous dans la mer. Quelques-uns vouloient s'accrocher aux vaiſſeaux, mais il les faiſoit écarter avec des crocs & des avirons. Un eſclave dans une réjouiſſance publique avoit détaché d'un lit une lame d'argent. Il ordonna qu'on lui coupât les mains, qu'on les lui pendît au cou, & qu'on le promenât ainſi avec un écriteau qui marqueroit la cauſe de ſon châtiment. S'amuſant à faire des armes avec un gladiateur, celui-ci ſe laiſſa tomber volontairement. Caius le perça d'un poignard & courut la palme à la main comme les vainqueurs. Dans un ſacrifice il prit l'habillement de ceux qui égorgent les victimes, & ayant levé ſa maſſue, il aſſomma celui qui lui préſentoit le couteau. Il ſe mit à rire de toute ſa force dans un feſtin : les Conſuls qui ſoupoient avec lui lui demanderent avec douceur ce qu'il avoit à rire : *c'eſt que je ſonge*, dit-il, *que d'un ſigne de tête je peux vous faire égorger tous les deux.*

Voici quelques-unes de ſes plaiſanteries. Etant devant une ſtatue de Jupiter, il demanda à un acteur tragique, nommé Appelle, qui de Jupiter ou de lui lui paroiſſoit le plus grand. Comme l'acteur héſitoit à répondre, il le fit fouetter, & trouva qu'il avoit la voix belle dans les gémiſſements. Toutes les fois qu'il embraſſoit ſa femme ou ſa maîtreſſe, il diſoit, *Cette belle tête tombera quand je voudrai.* Il diſoit même qu'il feroit donner la queſtion à Céſonie pour ſavoir d'elle pourquoi il l'aimoit tant.

Sa méchanceté envieuſe & ſon orgueil cruel outrageoient tous les hommes de tous les ſiecles.

ævi homines graſſatus eſt. Statuas virorum illuſtrium, ab Auguſto ex Capirolina area propter anguſtias in Martium campum collatas, ita ſubvertit atque disjecit, ut reſtitui ſalvis titulis non valuerint. Vetuitque poſthac viventium cuiquam uſquam ſtatuam aut imaginem, niſi conſulto ſe & auctore, poni. Cogitavit etiam de Homeri carminibus abolendis. Cur enim ſibi non licere, dicens, quod Platoni licuit, qui eum e civitate quam conſtituebat, ejecerit? Sed & Virgilii & Titi Livii ſcripta & imagines paulum abfuit quin ex omnibus bibliothecis amoverit: quorum alterum, ut nullius ingenii, minimæque doctrinæ: alterum, ut verboſum in hiſtoria negligentemque carpebat. De juris quoque conſultis, quaſi ſcientiæ eorum omnem uſum aboliturus ſæpè jactavit, Se, mehercle, effecturum, ne quid reſpondere poſſent præter eum.

XXXV. Vetera familiarum inſignia nobiliſſimo cuique ademit: Torquato torquem: Cincinnato crinem: Cneio Pompeio ſtirpis antiquæ, Magni cognomen. Ptolemæum, de quo retuli, & accerſitum è regno, & exceptum honorificè, non aliâ de causâ repentè percuſſit, quàm quòd edente ſe munus, ingreſſum ſpectacula, convertiſſe hominum oculos fulgore purpureæ abollæ animadvertit. Pulcros' & comatos, quoties ſibi occurrerent, occipitio raſo deturpabat. Erat Eſius

Il abattit & disperſa les ſtatues des grands hommes qu'Auguſte avoit tranſportées, du Capitole où elles étoient trop à l'étroit, dans le champ de Mars; & dans la ſuite lorſqu'on voulut les rétablir on ne put en retrouver les titres. Il défendit qu'on érigeât de ſtatue à perſonne ſans le conſulter. Il voulut auſſi anéantir les ouvrages d'Homere. Il demandoit pourquoi il ne lui ſeroit pas permis de faire ce qu'avoit fait Platon qui l'avoit chaſſé de ſa République. Peu s'en fallut qu'il ne fit ôter de toutes les bibliotheques les ouvrages de Virgile & de Tite Live. Il trouvoit l'un ſans génie & ſans ſcience, & l'autre un hiſtorien verbeux & inexact. Il vouloit abolir entierement la juriſprudence, & diſoit qu'il feroit enſorte qu'il n'y auroit de juge & d'arbitre que lui.

Il ôta aux familles les plus illuſtres les décorations de leurs ancêtres, aux Torquatus leur collier, aux Cincinnatus leurs cheveux bouclés, aux Pompées le ſurnom de grand. Il maſſacra Ptolémée qu'il avoit fait venir de ſes Etats, & qu'il avoit fort bien reçu. Ce Prince n'eut d'autre crime à ſes yeux que d'avoir attiré les regards de l'aſſemblée par l'éclat de ſes vêtements en entrant au ſpectacle. Il faiſoit raſer derriere la tête ceux qui ſe préſentoient devant lui avec de beaux cheveux. Un certain Eſius Proculus, fils d'un Centurion, étoit ſurnommé le Coloſſe à cauſe de ſa grandeur ex-

Proculus, patre primipilari, ob egregiam corporis amplitudinem & ſpeciem Coloſſeros dictus. Hunc è ſpectaculis detractum, repente & in arenam deductum, thraci, & mox hoplomacho comparavit: biſque victorem conſtringi ſine mora juſſit: & pannis obſitum vicatim circumduci, ac mulieribus oſtendi, deinde jugulari. Nullus denique tam abjectæ conditionis, tamque extremæ ſortis fuit, cujus non commodis obtrectaret. Nemorenſi regi, quòd multos jam annos potiretur ſacerdotio, validiorem adverſarium ſubornavit. Cum quodam die muneris, eſſedario Porio, ob proſperam pugnam ſervum ſuum manumittenti ſtudioſius plauſum eſſet, ita ſe proripuit è ſpectaculis, ut calcatâ laciniâ togæ, præceps per gradus iret indignabundus, & clamitans, Dominum gentium populum ex re leviſſima plus honoris gladiatori tribuentem, quàm conſecratis principibus, aut præſenti ſibi.

XXXVI. Pudicitiæ neque ſuæ neque alienæ pepercit. Marcum Lepidum, Mneſterem pantomimum, quoſdam obſides dilexiſſe fertur commercio mutui ſtupri. Valerius Catullus conſulari familiâ juvenis, ſtupratum à ſe, ac latera ſibi contubernio ejus defeſſa, etiam vociferatus eſt. Super ſororum inceſta, & notiſſimum proſtitutæ Pyrallidis amorem, non temere ulla illuſtriore femina abſtinuit: quas plerumque cum

traordinaire. Il le remarqua dans des jeux publics, le fit deſcendre dans l'arene & combattre contre deux gladiateurs ; & lorſqu'il les eut vaincus, il le fit enchaîner & promener par la ville couvert de haillons pour ſervir de jouet au peuple, & être enſuite égorgé. Enfin il n'y eut perſonne dans la plus baſſe condition à qui il ne cherchât à nuire. Le même homme étoit depuis pluſieurs années prêtre de Diane d'Aricie : il lui oppoſa un concurrent plus fort que lui (1). Un certain Porius maître de gladiateurs, ayant affranchi publiquement un de ſes eſclaves pour avoir vaillamment combattu, reçut du peuple de grands applaudiſſements. Caius ſortit bruſquement de l'aſſemblée, & plein d'indignation ſe précipita par les dégrés avec tant d'impétuoſité, qu'ayant marché ſur les franges de ſa robe, il fut ſur le point de tomber, en criant que le premier peuple de l'univers honoroit plus un gladiateur qui n'avoit rien fait que de très commun, que les Céſars & l'Empereur.

Quant aux mœurs, il fut corrompu & corrupteur. Il paſſe pour avoir aimé d'un amour infâme M. Lepidus, Mneſter le pantomime & quelques ôtages. Valerius Catulus, jeune homme d'une famille conſulaire, lui reprocha à haute voix d'avoir abuſé de ſa jeuneſſe juſqu'à lui fatiguer les flancs. Sans parler de ſes inceſtes avec ſes ſœurs & de ſa paſſion connue pour la courtiſane Pirallide, il ne reſpecta aucune des femmes les plus diſtinguées. Il les invitoit à ſouper avec leurs maris & les faiſoit paſſer en revue devant

(1) Il falloit combattre pour obtenir ce ſacerdoce qui ſe donnoit au plus fort.

maritis ad cœnam vocatas, præterque pedes suos transeuntes diligenter ac lente, mercantium more, considerabat : etiam faciem manu allevans, si quæ pudore submitterent. Quoties deinde libuisset, egressus triclinio, cum maximè placitam sevocasset, paulo post recentibus adhuc lasciviæ notis, reversus, vel laudabat palam, vel vituperabat : singula numerans bona malave corporis atque concubitus. Quibusdam, absentium maritorum nomine, repudium ipse misit, jussitque in acta referri.

XXXVII. Nepotinis sumptibus omnium prodigorum ingenia superavit : commentus novum balnearum usum, portentosissima genera ciborum, atque cœnarum : ut calidis frigidisque unguentis lavaretur : preciosissimas margaritas aceto liquefactas sorberet : convivis ex auro panes & opsonia apponeret, aut frugi hominem esse oportere dictitans, aut Cæsarem. Quin & nummos non mediocris summæ è fastigio basilicæ Juliæ per aliquot dies sparsit in plebem. Fabricavit & de cedris Liburnicas, gemmatis puppibus, versicoloribus velis, magna thermarum & porticuum & tricliniorum laxitate, magnaque etiam vitium & pomiferarum arborum varietate : quibus discumbens de die inter choros ac sym-

(1) Je ne puis m'empêcher de rapporter ici une note curieuse d'un grave Commentateur qui, à propos de cette

lui,

lui, les examinant avec l'attention & la recherche d'un marchand d'esclaves, & même leur relevant le menton avec la main, si la honte leur faisoit baisser la tête. Il menoit dans une chambre voisine celle qui lui plaisoit, & rentrant avec les traces de la débauche encore toutes récentes, il louoit (1) ou blamoit tout haut ce que leur taille & leur jouissance avoient de bon ou de mauvais. Il en répudia quelques-unes au nom de leurs maris absens,& fit insérer ce divorce dans les actes publics. Il surpassa en prodigalités tout ce qu'on avoit vu jusqu'à lui. Inventeur de nouveaux bains & de nouvelles nourritures, il se lavoit dans des parfums, avaloit des perles & des pierres précieuses fondues dans du vinaigre, faisoit servir à ses convives des pains & des mets d'or (2). Il disoit qu'il falloit être ou économe ou César. Il jetta au peuple pendant plusieurs jours des pieces de monnoie d'une valeur considérable du haut de la basilique de Jules César. Il fabriqua des galeres de bois de cedre : les pouppes étoient recouvertes de pierreries : les voiles étoient de toiles peintes : il y avoit des bains , des galeries & des salles à manger d'une assez grande étendue, des vignes & des arbres fruitiers de toute espece. C'étoit sur ces navires, qu'il cottoyoit les bords de la Campanie, assis à table au milieu des danses & des

---

indiscrétion de Caligula, remarque doctement *qu'il agissoit contre le précepte d'Ovide qui veut que l'on cache les larcins de l'amour.* Il cite de plus Tibulle & Properce, qui sont du même avis.

(2) Il faut supposer que l'on ne les mangeoit pas. Quant aux perles fondues dans du vinaigre, il n'y avoit pas tant de quoi se vanter : le fils du comédien Esopus en fit autant. *Voyez* Horace dans ses Satyres.

phonias, littora Campaniæ peragraret. In exſtructionibus prætoriorum atque villarum omni ratione poſthabitâ, nihil tam efficere concupiſcebat quàm quod poſſe effici negaretur. Et jactæ itaque moles infeſto ac profundo mari, exciſæ rupes duriſſimi ſilicis, & campi montibus aggere æquati, & complanata foſſuris montium juga, incredibili quidem celeritate, cùm moræ culpa capite lueretur. Ac ne ſingula enumerem, immenſas opes, totumque illud Tiberii Cæſaris vicies ac ſepties millies ſeſtertium, non toto vertente anno abſumpſit.

XXXVIII. Exhauſtus igitur atque egens, ad rapinas convertit animum, vario & exquiſitiſſimo calumniarum & auctionum & vectigalium genere. Negabat jure civitatem Romanam uſurpare eos quorum majores ſibi poſteriſque eam impetraſſent, niſi filii eſſent; neque enim intelligi debere poſteros ultra hunc gradum. Prolataque divorum Julii & Auguſti diplomata, ut vetera & obſoleta deflebat. Arguebat & perperam editos cenſus, quibus poſtea quacumque de cauſa quidquam incrementi acceſſiſſet. Teſtamenta primipilarium, qui ab initio principatûs Tiberii, neque illum, neque ſe heredem reliquiſſent, ut ingrata reſcidit. Item ceterorum, ut irrita & vana, quoſcumque quis diceret herede Cæſare mori deſtinaſſe. Quo metu injecto, cùm jam &

inſtruments de muſique. Dans ſes bâtiments & ſes édifices il ne recherchoit rien tant que ce qui paroiſſoit impraticable. Il jettoit des digues dans une mer profonde & orageuſe. Il faiſoit fendre les rochers les plus durs, mettre des plaines au niveau des montagnes, creuſer & applanir des hauteurs, & toujours avec une vîteſſe incroyable: la lenteur des travaux étoit un crime capital. Pour tout dire en un mot il abſorba en moins d'un an tous les tréſors de Tibere qui montoient à deux milliards ſept cent millions de ſeſterces (1).

Réduit à l'indigence, il eut recours aux rapines & aux extorſions de toutes les eſpeces. Il prétendit que ceux dont les ancêtres avoient obtenu le droit de bourgeoiſie Romaine pour eux & pour leurs deſcendants n'en devoient pas jouir, parce que ce mot de deſcendants ne s'étendoit pas au-delà de la premiere génération. Les diplômes de Jules Céſar & d'Auguſte étoient nuls à ſes yeux. Il accuſoit d'infidélité ceux qui avoient augmenté leurs biens depuis qu'ils en avoient donné l'état. Il caſſa les teſtaments des Centurions qui depuis le commencement du regne de Tibere n'avoient nommé pour leurs héritiers ni ce Prince ni lui; ils étoient, diſoit-il, coupables d'ingratitude: & pour caſſer ceux des autres citoyens, il ſuffiſoit que quelqu'un aſſurât qu'ils avoient eu deſſein d'appeller Céſar à leur ſucceſſion. L'alarme s'étant répandue, tous s'empreſſerent de le por-

(1) Cinq cents quarante millions de nos livres.

ab ignotis inter familiares, & a parentibus inter liberos palàm heres nuncuparetur, derisores vocabat, quòd post nuncupationem vivere perseverarent, & multis venenatas macteas misit. Cognoscebat autem de talibus causis, taxato priùs modo summæ, ad quem conficiendum considerent, confecto demum excitabatur. Ac ne paululum quidem moræ patiens, super quadraginta reos quondam ex diversis criminibus unâ sententiâ condemnavit, gloriatusque est expergefactæ somno Cæsoniæ, quantum egisset, dum ea meridiaret. Auctione propositâ, reliquias omnium spectaculorum subjecit, & venditavit: exquirens per se precia, & usque eo extendens, ut quidam immenso coacti quædam emere, ac bonis exuti, venas sibi inciderent. Nota res est, Aponio Saturnino inter subsellia dormitante, monitum a Caio præconem ne prætorium virum crebro capitis motu nutantem sibi præteriret: nec licendi finem factum, quoad tredecim gladiatores sestertium nonagies ignoranti addicerentur.

XXXIX. In Gallia quoque, cùm damnatarum sororum ornamenta, & supellectilem, & servos, atque etiam liberos, immensis preciis vendidisset: invitatus lucro, quidquid instrumenti veteris aulæ erat, ab urbe repetiit: comprehensis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis, & pistrinensibus jumentis: adeo ut &

ter ſur leur teſtament au même rang que leurs enfants ou leurs amis. Alors il prétendit qu'on ſe moquoit de lui de vivre encore après l'avoir fait héritier, & il envoyoit aux teſtateurs de petits gâteaux empoiſonnés. Il ne montoit ſur ſon tribunal qu'après avoir fixé ce qu'il vouloit gagner. Quand ſa ſomme étoit faite, il ſe levoit; & un jour que la ſéance lui parut trop longue, il condamna par un même arrêt quarante accuſés dans différentes cauſes, & au réveil de Céſonie il ſe vanta d'avoir gagné ſa journée tandis qu'elle dormoit. Ayant fait annoncer une vente, il fit apporter ce qui lui reſtoit de tous les ſpectacles qu'il avoit donnés, en fixa lui-même le prix & les fit acheter par force à pluſieurs citoyens qui ſe trouverent ruinés & ſe couperent les veines. C'eſt une choſe connue, qu'ayant apperçu Aponius Saturninus qui dormoit ſur un banc, il dit au crieur, *faites attention que voilà un ancien Préteur qui me fait ſigne de la tête qu'il veut enchérir*, & il ne ceſſa de pouſſer l'enchere juſqu'à ce qu'il lui eût fait adjuger treize gladiateurs pour près de dix millions de ſeſterces (1) tandis qu'il dormoit.

Il vendit dans les Gaules les bijoux, les meubles, les eſclaves & les affranchis de ſes ſœurs qu'il avoit exilées. Il en retira un prix immenſe, & ſéduit par l'appas du gain, il fit venir de Rome tous les meubles de la vieille cour, les fit charger ſur des voitures de louage & ſur des chevaux de

(1) Deux de nos millions.

panis Romæ ſæpe deficeret, & litigatorum plerique, quòd occurrere abſentes ad vadimonium non poſſent, causâ caderent. Cui inſtrumento diſtrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit: modò avaritiæ ſingulos increpans, & quòd non puderet eos locupletiores eſſe quàm ſe: modò pœnitentiam ſimulans, quòd principalium rerum privatis copiam faceret. Compererat provincialem locupletem ducenta ſeſtertia numeraſſe vocatoribus ut per fallaciam convivio interponeretur, nec tulerat moleſtè tam magno æſtimari honorem cœnæ ſuæ. Huic poſtero die ſedenti in auctione miſit, qui neſcio quid frivoli ducentis millibus traderet: diceretque cœnaturum apud Cæſarem, vocatu ipſius.

XL. Vectigalia nova atque inaudita, primùm per publicanos, deinde quia lucrum exuberabat, per centuriones tribunoſque prætorianos exercuit: nullo rerum aut hominum genere omiſſo, cui non tributi aliquid imponeret. Pro eduliis, quæ totâ Urbe venirent, certum ſtatumque exigebatur. Pro litibus atque judiciis ubicumque conceptis, quadrageſima ſummæ de qua litigaretur: nec ſine pœna, ſi quis compoſuiſſe vel donaſſe negotium convinceretur. Ex gerulorum diurnis quæſtibus pars octava, ex capturis proſtitutarum quantum quæque uno concubitu mereret. Additumque ad caput legis, ut tenerentur

boulangerie, de maniere que le pain manqua à Rome, & que beaucoup de plaideurs perdirent leurs causes pour n'avoir pas pu se trouver à l'assignation. Il n'y eut point d'artifice & de séduction qu'il n'employât pour se défaire de ces meubles, reprochant aux uns de n'avoir pas honte d'être plus riches que lui, & disant aux autres qu'il étoit trop bon de donner à des particuliers ce qui avoit appartenu à un Prince. Il apprit qu'un particulier de province fort riche avoit donné deux cents mille sesterces (1) aux huissiers de sa chambre pour le faire mettre à sa table sans qu'on s'apperçût de la fraude. Il ne fut pas fâché de voir que l'on mît à si haut prix l'honneur de manger avec lui. Mais le lendemain voyant cet homme à une vente, il lui fit adjuger un petit meuble qui n'étoit d'aucune valeur pour une somme égale à celle qu'il avoit donnée, & lui fit dire qu'il souperoit avec César & à son invitation.

Il fit percevoir des tributs nouveaux & inouis jusqu'alors, d'abord par des receveurs publics, ensuite, comme le district devenoit immense, par des Centurions & des Tribuns prétoriens. Il n'y eut aucune chose & aucune personne qui ne fût taxée. On mit des impôts sur tous les comestibles qui se vendoient dans Rome. On exigea des plaideurs le quarantieme de la somme en litige, & ce fut un crime de s'accommoder. Les portefaix donnerent le huitieme de leur gain journalier. Les femmes prostituées furent taxées précisément au prix où elles se vendoient, & il fut or-

(1) Quarante mille livres.

publico, & quæ meretricium, & qui lenocinium fecissent: nec non & matrimonia obnoxia essent.

XLI. Hujusmodi vectigalibus indictis, neque propositis, cùm per ignorantiam scripturæ multa commissa fierent, tandem flagitante populo Romano proposuit quidem legem: sed & minutissimis litteris, & angustissimo loco, uti ne cui describere liceret. Ac ne quod non manubiarum genus experiretur, lupanar in Palatio constituit: distinctisque & instructis pro loci dignitate compluribus cellis, in quibus matronæ ingenuique starent. Misit circum fora & basilicas nomenclatores ad invitandos in libidinem juvenes senesque: præbita advenientibus pecunia fœnebris, appositique qui nomina palàm subnotarent, quasi adjuvantium Cæsaris reditus. Ac ne ex lusu quidem aleæ compendium spernens, plus mendacio atque etiam perjurio lucrabatur. Et quondam proximo collusori demandatâ vice suâ, progressus in atrium domus, cùm prætereuntes duos equites Romanos locupletes sine mora corripi confiscarique jussisset, exsultans rediit, gloriansque nunquam prosperiore aleâ usum.

XLII. Filiâ verò natâ, paupertatem, nec jam imperatoria modò, sed & patria conquerens onera, collationes in alimoniam atque dotem puellæ recepit. Edixit & strenas ineunte anno se recepturum: stetitque in vestibulo ædium kalen-

donné que l'on tiendroit regiſtre de celles qui faiſoient ce commerce, fuſſent-elles mariées.

Ces impôts étant établis & non pas affichés, comme il ſe commettoit beaucoup de fautes par ignorance, il donna enfin un édit aux inſtances du peuple Romain, mais d'une écriture ſi fine & placée de maniere qu'on ne pouvoit en prendre copie : enfin pour faire de l'argent, à quelque prix que ce fût, il établit un lieu de débauche dans ſon palais. De petites cellules furent conſtruites & ornées ſelon la dignité du lieu. On y plaça des femmes libres & des jeunes gens d'une naiſſance honnête, & les eſclaves nomenclateurs alloient autour des places publiques & aux portes des palais inviter les vieillards & la jeuneſſe. On leur prêtoit de l'argent à uſure pour payer leurs plaiſirs, & l'on prenoit leurs noms comme pour leur faire honneur d'augmenter le revenu de Céſar. Il ne dédaignoit pas même de s'enrichir aux jeux de haſard par la fraude & la fourberie. Un jour il chargea ſon voiſin de jouer pour lui, & ayant paru un moment ſur la porte de ſa maiſon, il vit paſſer deux Chevaliers Romains qui étoient fort riches. Il les fit arrêter, confiſqua leurs biens, & rentra tout fier & tout glorieux, diſant qu'il venoit de faire un beau coup de dés.

Lorſqu'il eut une fille, il commença à dire qu'il étoit pauvre, qu'il étoit chargé de l'Empire & d'une famille, & il voulut que l'on contribuât pour nourrir & doter ſa fille. Il annonça qu'il recevroit des étrennes au premier jour de l'année. Il ſe tint à l'entrée de ſon palais le jour des ca-

dis januariis ad captandas ſtipes, quas plenis ante eum manibus ac ſinu omnis generis turba fundebat. Noviſſimè contrectandæ pecuniæ cupidine incenſus, ſæpè ſuper immenſos aureorum acervos patentiſſimo diffuſos loco, & nudis pedibus ſpatiatus, & toto corpore aliquandiu volutatus eſt.

XLIII. Militiam reſque bellicas ſemel attigit, neque ex deſtinato, ſed cùm ad viſendum nemus flumenque Clitumni Mevaniam proceſſiſſet, admonitus de ſupplendo numero Batavorum quos circa ſe habebat, expeditionis Germanicæ impetum cepit: neque diſtulit, ſed legionibus & auxiliis undique excitis, delectibus ubique acerbiſſimè actis, contracto & omnis generis commeatu, quantum nunquam alius, iter ingreſſus eſt: confecitque modò tam feſtinanter & rapidè, ut prætorianæ cohortes contra morem ſigna jumentis imponere, & ita ſubſequi cogerentur: interdùm adeò ſegniter & delicatè, ut octophoro veheretur, atque a propinquarum urbium plebe verri ſibi vias, & conſpergi propter pulverem exigeret.

XLIV. Poſtquam caſtra attigit, ut ſe acrem & ſeverum ducem oſtenderet, legatos, qui auxilia ſerius ex diverſis locis adduxerant, cum ignominia dimiſit. At in exercitu recenſendo, pleriſque centurionum maturis jam, & nonnul-

lendes de janvier pour recevoir l'argent qu'on lui apportoit à pleines mains; & passionné plus que jamais pour ce métal, il marchoit pieds nuds sur de vastes amas d'or, où se rouloit au milieu.

Quant à la guerre, voici comme il la fit. Il étoit venu visiter le fleuve Clitumnus & les bois qu'il arrose, & s'étoit avancé jusqu'à Mévanie. On l'avertit de recruter sa garde Batave. L'idée lui vint aussitôt d'attaquer la Germanie (1). Il ne perdit pas un moment. Il fit venir de tous côtés des légions, des troupes auxiliaires & de nouvelles levées faites avec la plus grande rigueur, des provisions telles qu'on n'en avoit jamais vues, & se mit en marche si rapidement, que les cohortes prétoriennes furent obligées, pour le suivre, de mettre leurs enseignes sur des bêtes de somme. Pour lui il finit par se faire porter mollement dans une litiere par huit esclaves, & les habitants des villes voisines avoient ordre de nettoyer les chemins & de les arroser pour abattre la poussiere.

Lorsqu'il fut arrivé au camp, pour se montrer exact & sévere dans le commandement, il renvoya avec ignominie les lieutenants qui étoient arrivés trop tard avec les troupes qu'ils devoient amener; & dans la revue qu'il fit de l'armée il cassa, sous prétexte de vieillesse, la plupart des

(1) Dont les Bataves faisoient alors partie.

lis ante pauciſſimos quàm conſummaturi eſſent dies, primos pilos ademit, cauſatus ſenium cujuſque & imbecillitatem: ceterorum increpitâ cupiditate, commoda emeritæ militiæ ad ſex millium ſummam recidit. Nihil autem amplius quàm Adminio Cinobellini Britannorum regis filio, qui pulſus a patre, cum exigua manu transfugerat, in deditionem recepto: quaſi universâ tradita inſulâ, magnificas Romam literas miſit: monitis ſpeculatoribus ut vehiculo ad forum uſque & curiam pertenderent, nec niſi in æde Martis, ac frequente ſenatu, conſulibus traderent.

XLV. Mox deficiente belli mateiiâ, paucos de cuſtodia Germanos trajici occulique trans Rhenum juſſit: ac ſibi poſt prandium, quàm tumultuoſiſſimè adeſſe hoſtem nuntiari. Quo facto, proripuit ſe cum amicis & parte equitum prætorianorum in proximam ſilvam: truncatiſque arboribus & in modum tropæorum adornatis ad lumina reverſus, eorum quidem qui ſecuti non eſſent, timiditatem & ignaviam corripuit: comites autem & participes victoriæ, novo genere ac nomine coronarum donavit: quas diſtinctas ſolis ac lunæ ſiderumque ſpecie, exploratorias appellavit. Rurſus obſides quoſdam abductos e litterario ludo, clamque præmiſſos, deſerto repentè convivio cum equitatu inſecutus, veluti profugos ac reprehenſos in catenis reduxit: in hoc quo-

Centurions dont le ſervice alloit finir. A l'égard des autres, il leur reprocha leur avarice, & reſtreignit la récompenſe des vétérans à ſix mille ſeſterces. Il ne fit point d'autres exploits que de recevoir dans ſon camp Adiminius, fils de Cinobellinus roi des Bataves, qui chaſſé par ſon pere s'étoit réfugié auprès de lui avec une ſuite peu nombreuſe. Alors comme s'il eût ſubjugué tout le pays il écrivit à Rome des lettres faſtueuſes, en avertiſſant les courriers de ne deſcendre qu'à la porte du Sénat, & de rendre ſes lettres aux Conſuls dans le temple de Mars.

Enſuite ne ſachant à qui faire la guerre, il fit paſſer au-delà du Rhin quelques Allemands de ſa garde, & leur ordonna de ſe cacher. Comme il ſortoit de table, on vint en tumulte lui annoncer que l'ennemi paroiſſoit. Auſſitôt il s'élance dans la forêt prochaine avec ſes amis & une partie de ſes gardes, coupe des branches d'arbre qu'il fait porter comme des trophées, & revient à la lueur des flambeaux, reprochant à ceux qui ne l'avoient pas ſuivi leur pareſſe & leur lâcheté. Ceux au contraire qui avoient part à ſa victoire reçurent de lui des couronnes qu'il appelloit *exploratoires* (1), & ſur leſquelles étoient repréſentés le ſoleil, la lune & les aſtres. Il fit auſſi enlever ſecrétement & emmener de jeunes ôtages qui étoient dans une école, & tout d'un coup il quitta ſon repas pour les pourſuivre avec ſa cavalerie comme des fugitifs, & les fit

(1) D'un mot Latin qui ſignifie *aller à la découverte.*

que mimo præter modum intemperans. Repetitâ cœnâ renuntiantes coactum agmen, ficut erant, loricatos ad difcumbendum adhortatus eft. Monuit etiam notiffimo Virgilii verfu, Durarent, fecundifque fe rebus fervarent. Atque inter hæc abfentem fenatum populumque graviffimo objurgavit edicto, quòd, Cæfare præliante, & tantis difcriminibus objecto, intempeftiva convivia, Circum & theatra & amœnos fecessus celebrarent.

XLVI. Poftremò, quafi perpetraturus bellum, directâ acie in littore Oceani, ac balliftis machinifque difpofitis, nemine gnaro ac opinante quidnam cœpturus effet, repente ut conchas legerent, galeafque & finus replerent, imperavit: fpolia Oceani vocans, Capitolio Palatioque debita. Et in indicium victoriæ altiffimam turrem excitavit, ex qua, ut ex Pharo, noctibus ad regendos navium curfus, ignes emicarent: pronuntiatoque militi donativo, centenis viritim denariis, quafi omne exemplum liberalitatis fupergreffus. Abite, inquit, læti, abite locupletes.

XLVII. Converfus hinc ad curam triumphi, præter captivos & transfugas barbaros, Galliarum quoque proceriffimum quemque, &, ut ipfe dicebat, ἀξιοθριάμβευτον, ac nonnullos ex principibus, legit ac fepofuit ad pompam; coegitque non tantùm rutilare, & fubmittere comam, fed & fer-

mettre aux fers, paſſant toujours les bornes de l'humanité dans ſes farces extravagantes. Revenu à table, comme on lui annonçoit que ſes troupes étoient raſſemblées, il fit aſſeoir à ſa table tout armés ceux qui lui annonçoient cette nouvelle, & leur cita ce vers de Virgile :

Courage, mes amis, comptez ſur la fortune.

Il reprocha durement par un édit au Sénat & au peuple de s'occuper tranquillement de jeux & de feſtins, tandis que Céſar s'expoſoit aux dangers & aux fatigues.

Enfin il s'avança vers les bords de l'océan avec un grand appareil de machines, comme s'il eût médité quelque entrepriſe conſidérable, & lorſque perſonne ne pouvoit deviner ſon deſſein, tout d'un coup il ordonna qu'on ramaſsât des coquillages & qu'on en remplît les caſques. C'étoient, diſoit-il, les dépouilles de l'océan dont il falloit orner le Capitole & le palais des Céſars. Il éleva pour monument de ſa victoire une tour très haute où il fit placer des fanaux comme ſur un phare pour éclairer les vaiſſeaux pendant la nuit. Il annonça aux ſoldats une gratification de cent deniers d'argent, & comme ſi c'eût été le comble de la libéralité, il leur dit, *allez vous-en riches & contents.*

Occupé enſuite du ſoin de ſon triomphe, il choiſit pour en faire l'ornement outre les priſonniers & les transfuges barbares ceux des Gaulois qui étoient de la taille la plus haute &, comme il le diſoit, la plus triomphale, & même quelques-uns de leurs Princes. Il les obligea à ſe peindre les cheveux à la maniere des Allemands, à

monem Germanicum addiſcere & nomina barbarica ferre. Præcepit etiam triremes, quibus introierat Oceanum, magna ex parte itinere terreſtri Romam devehi. Scripſit & procuratoribus, triumphum appararent quàm minimâ ſummâ, ſed quantus nunquam alius fuiſſet, quando in omnium hominum bona jus haberent.

XLVIII. Priuſquam provinciâ decederet, conſilium iniit nefandæ atrocitatis, legiones, quæ poſt exceſſum Auguſti ſeditionem olim moverant, contrucidandi, quòd & patrem ſuum Germanicum ducem, & ſe infantem tunc obſediſſent. Vixque a tam præcipiti cogitatione revocatus, inhiberi nullo potuit modo quin decimare velle perſeveraret. Vocatas itaque ad concionem inermes, atque etiam gladiis depoſitis, equitatu armato circumſedit. Sed cùm videret, ſuſpectâ re, pleroſque dilabi ad reſumenda, ſi qua vis fieret, arma, profugit concione: confeſtimque urbem petiit, deflexâ omni acerbitate in ſenatum, cui ad avertendos tantorum dedecorum rumores palàm minabatur: querens inter cetera, fraudatum ſe juſto triumpho, cùm ipſe paulò antè, ne quid de honoribus ſuis ageretur, etiam ſub mortis pœna denuntiaſſet.

XLIX. Aditus ergo in itinere a legatis ampliſſimi ordinis ut maturaret orantibus; quàm maximâ voce, *Veniam*, inquit, *veniam, & hic*

apprendre

apprendre leur langue & même à se donner des noms Allemands. Il fit transporter par terre à Rome les galeres sur lesquelles il étoit entré dans l'océan. Il écrivit à ses intendants de lui préparer un triomphe plus magnifique qu'aucun de ceux qu'on eût encore vus, mais cependant le moins couteux qu'ils pourroient, attendu qu'ils pouvoient disposer des biens de tout le monde.

Avant que de sortir des Gaules il conçut le dessein le plus abominable, c'étoit de massacrer les légions qui s'étoient révoltées après la mort d'Auguste, & par qui il s'étoit vu assiégé dans son enfance lui & son pere Germanicus. On eut beaucoup de peine à le détourner d'une idée aussi dangereuse; mais il persista à vouloir les décimer. Il les fit donc assembler sans armes & même sans épées (1), & les fit entourer par sa cavalerie; mais on se douta de son dessein, & les soldats se disperserent pour reprendre leurs armes & s'opposer à la violence. Alors il prit la fuite & revint vers Rome tournant toute sa fureur sur le Sénat, afin que les citoyens, occupés de leur propre péril, le sussent moins des affronts qu'il venoit d'essuyer. Il se plaignoit entr'autres griefs, qu'on ne lui eût pas décerné le triomphe qu'il méritoit. Il oublioit qu'il avoit défendu peu de tems auparavant, sous peine de mort, que l'on parlât jamais de lui rendre aucun honneur.

Lorsque les députés du Sénat vinrent au-devant de lui le prier de hâter son retour, il répondit d'une voix forte, *je viendrai, oui je viendrai, &*

(1) L'épée étoit l'arme que les Romains ne quittoient jamais.

mecum, capulum gladii crebrò verberans quo cinctus erat. Edixit & reverti ſe, ſed iis tantùm qui optarent, equeſtri ordini & populo; nam ſe neque civem neque principem ſenatui ampliùs fore. Vetuit etiam quemquam ſenatorum ſibi occurrere; atque, omiſſo vel dilato triumpho, ovans urbem natali ſuo ingreſſus eſt. Intraque quartum menſem periit, ingentia facinora auſus, & aliquantò majora moliens: ſiquidem propoſuerat Antium, deinde Alexandriam, commigrare, interempto priùs utriuſque ordinis electiſſimo quoque. Quod ne cui dubium videatur, in ſecretis ejus reperti ſunt duo libelli, diverſo titulo: alteri *Gladius*, alteri *Pugio* index erat. Ambo notas & nomina continebant morti deſtinatorum. Inventa & arca ingens, variorum venenorum plena: quibus mox a Claudio demerſis, infecta maria traduntur, non ſine piſcium exitio, quos enectos æſtus in proxima littora ejecit.

L. Staturâ fuit eminenti, expallido colore, corpore enormi, gracilitate maximâ cervicis & crurum, & oculis & temporibus concavis, fronte latâ & torvâ, capillo raro ac circa verticem nullo, hirſutus cetera. Quare, tranſeunte eo, proſpicere ex ſuperiore parte, aut omninò quacumque de cauſa capram nominare, criminoſum & exitiale habebatur. Vultum verò naturâ horridum ac tetrum etiam ex induſtria efferabat, compo-

celle-ci avec moi, en frappant ſur la garde de ſon épée. Il annonça qu'il ne revenoit que pour ceux qui le ſouhaitoient, c'eſt-à-dire pour les Chevaliers & pour le peuple ; qu'à l'égard des Sénateurs, il ne ſeroit pour eux ni citoyen ni Prince. Il défendit qu'aucun d'eux vînt à ſa rencontre. Il entra dans la ville le jour de l'anniverſaire de ſa naiſſance, & ſe contenta de l'ovation, oubliant ou différant ſon triomphe. Il périt quatre mois après, comme je le dirai tout à l'heure, méditant de plus grands crimes que tous ceux qu'il avoit commis.

Il vouloit ſe retirer à Antium ou à Alexandrie après avoir fait périr tout ce qu'il y avoit de plus illuſtre dans les deux premiers ordres de l'Etat. On ne ſauroit en douter, puiſque l'on trouva dans ſes papiers deux mémoires intitulés l'un *le glaive*, & l'autre *le poignard* : c'étoit la liſte de tous ceux qu'il deſtinoit à la mort. On lui trouva auſſi une grande caſſette pleine de poiſons. Claude les fit jetter dans la mer, les flots en furent infectés, & la marée jetta ſur le rivage quantité de poiſſons morts.

Il avoit la taille haute, le teint pâle, le corps énorme, les jambes extrêmement menues ainſi que le col, les yeux enfoncés, les tempes creuſes, le front large & menaçant, peu de cheveux, & preſque point ſur le devant de la tête, le reſte du corps velu. Auſſi étoit-ce un crime capital de regarder d'en haut quand il paſſoit, ou de prononcer le nom d'une chevre ſur quelque prétexte que ce fût. Son viſage étoit naturellement affreux, & il le rendoit plus effrayant encore, s'étudiant dans le miroir à donner à ſa phyſionomie les mouve-

nens ad ſpeculum in omnem terrorem ac formidinem: Valetudo ei neque animi neque corporis conſtitit. Puer comitiali morbo vexatus: in adoleſcentia ita patiens laborum erat, ut tamen nonnunquam ſubitâ defectione ingredi, ſtare, colligere ſemet ac ſufferre vix poſſet. Mentis valetudinem & ipſe ſenſerat: ac ſubinde de ſeceſſu deque purgando cerebro cogitavit. Creditur potionatus a Cæſonia uxore amatorio quidem medicamento, ſed quod in furorem verterit. Incitabatur inſomniâ maximè: neque enim pluſquam tribus nocturnis horis quieſcebat; ac ne his quidem placidâ quiete, ſed pavidâ miris rerum imaginibus, ut qui, inter ceteras, pelagi quondam ſpeciem colloquentem ſecum videre viſus ſit. Ideoque magnâ parte noctis vigiliæ cubandique tædio, nunc toro reſidens, nunc per longiſſimas porticus vagus, invocare identidem atque exſpectare lucem conſueverat.

LI. Non immeritò mentis valetudini attribuerim diverſiſſima in eodem vitia, ſummam confidentiam, & contrà nimium metum: nam qui deos tantoperè contemneret, ad minima tonitrua & fulgura connivere, caput obvolvere, ad verò majora proripere ſe e ſtrato, ſub lectumque condere ſolebat. Peregrinatione quidem Siciliensi, irriſis multorum locorum miraculis, repentè a Meſſana noctu profugit, Ætnæi verticis

ments faits pour inſpirer l'effroi & l'horreur. Il n'étoit ſain ni de corps ni d'eſprit. Epileptique dès ſon enfance, il lui prenoit des foibleſſes ſubites au milieu de l'étude ou du travail, & il ne pouvoit ni marcher ni ſe ſoutenir. Il ſentoit lui-même ſon mal & l'altération de ſa raiſon, & il avoit ſongé pluſieurs fois à y porter remede. On croit que Céſonie lui donna un philtre amoureux qui n'eut d'autre effet que de le rendre furieux. Il étoit tourmenté ſur-tout de l'inſomnie. Jamais il ne pouvoit dormir plus de trois heures, encore d'un ſommeil inquiet & troublé par des fantômes & des ſonges bizarres. Il rêva une fois que la mer lui parloit Auſſi la plus grande partie de la nuit, las de veiller dans ſon lit, il erroit dans de vaſtes galeries, attendant & invoquant le jour.

C'eſt à l'aliénation de ſon eſprit, qu'il faut attribuer des défauts qui ſembloient ſe contredire, l'excès de la confiance & l'excès de la crainte. Cet homme qui mépriſoit tant les Dieux fermoit les yeux & s'envelоppoit la tête dès qu'il entendoit le bruit du tonnerre & qu'il voyoit briller l'éclair; & ſi ce bruit redoubloit, il couroit ſe cacher ſous le lit. Dans un voyage en Sicile il ſe moqua beaucoup de pluſieurs miracles dont on lui parloit, & ne laiſſa pas de s'enfuir la nuit de Meſſine, effrayé de la fumée & du bruit du mont Etna.

ſumo ac murmure pavefactus. Adversùs barbaros quoque minaciſſimus, cùm trans Rhenum inter anguſtias denſumque agmen iter eſſedo faceret, dicente quodam non mediocrem fore conſternationem, ſicunde hoſtis appareat, equum illicò conſcendit; ac properè verſus ad pontes, ut eos calonibus & impedimentis ſtipatos reperit, impatiens moræ, per manus ac ſuper capita hominum tranſlatus eſt. Mox etiam auditâ rebellione Germaniæ, fugam & ſubſidia fugæ, claſſes apparabat; uno ſolatio acquieſcens, tranſmarinas certè ſibi ſuperfuturas provincias, ſi victores Alpium juga, ut Cimbri, vel etiam urbem, ut Senones quondam, occuparent : unde credo percuſſoribus ejus poſtea conſilium natum, apud tumultuantes milites ementiendi ipſum ſibi manus intuliſſe, nuntio malæ pugnæ perterritum.

LII. Veſtitu calceatuque & cetero habitu, neque patrio, neque civili, ac ne virili quidem, ac denique humano, ſemper uſus eſt. Sæpe depictas gemmataſque indutus pænulas, manuleatus & armillatus in publicum proceſſit; aliquando ſericatus, & cycladatus; ac modò in crepidis vel cothurnis, modò in ſpeculatoria caliga, nonnunquam ſocco muliebri : plerumque verò aureâ barbâ, fulmen tenens, ac fuſcinam, aut caduceum, deorum inſignia, atque etiam Veneris cultu, conſpectus eſt. Triumphalem quidem or-

Après avoir fait de grandes menaces aux barbares, comme il se trouvoit au-delà du Rhin dans un chemin étroit, porté sur un chariot & entouré de ses troupes, quelqu'un dit que l'on seroit fort embarrassé si l'ennemi paroissoit. Aussitôt il monte à cheval, court vers le fleuve, & trouvant les ponts embarrassés de bagages, pour se sauver plus vîte il se fait transporter à bras par-dessus les têtes des goujats de son armée. Quelque tems après comme on parloit d'un soulevement de la Germanie, il se hâtoit déja de faire préparer des vaisseaux pour s'enfuir, disoit-il, dans les provinces d'outre mer, comme dans son seul asyle, si les vainqueurs s'emparoient des Alpes comme les Cimbres, ou de Rome comme les Gaulois. C'est, je crois, ce qui donna l'idée à ses assassins de dire, pour appaiser les soldats dans le premier moment de tumulte, qu'il s'étoit tué lui-même à la nouvelle d'une bataille perdue.

Son habit & sa chaussure n'étoient ni d'un Romain ni d'un citoyen, ni même d'un homme. Il portoit souvent une tunique peinte & couverte de pierreries, avec des manches & des bracelets. Il paroissoit en public avec des robes de soie, des parures de femmes, des chaussures théâtrales ou militaires, mais le plus souvent avec une barbe d'or, tenant à la main ou un foudre, ou un trident, ou un caducée. Il s'habilloit en Vénus. Il portoit assiduement les ornements triomphaux, même avant son expédition d'Allemagne, & souvent la cuirasse d'Alexandre, qu'il avoit fait tirer de son tombeau.

natum etiam ante expeditionem aſſiduè geſtavit : interdùm & Magni Alexandri thoracem repetitum e conditorio ejus.

LIII. E diſciplinis liberalibus minimùm eruditioni, eloquentiæ plurimùm attendit, quantumvis facundus & promptus : utique, ſi perorandum in aliquem eſſet, irato & verba & ſententiæ ſuppetebant : pronuntiatio quoque & vox, ut neque eodem loci præ ardore conſiſteret, & exaudiretur a procul ſtantibus. Peroraturus, ſtricturum ſe lucubrationis ſuæ telum minabatur : lenius comptiuſque ſcribendi genus adeo contemnens, ut Senecam tum maximè placentem, commiſſiones meras componere, & arenam eſſe ſine calce diceret. Solebat etiam proſperis oratorum actionibus reſcribere, & magnorum in ſenatu reorum accuſationes defenſioneſque meditari ; ac, prout ſtylus ceſſerat, vel onerare ſententiâ ſuâ quemque, vel ſublevare, equeſtri quoque ordine ad audiendum invitato per edicta.

LIV. Sed & aliorum generum artes ſtudioſiſſimè & diverſiſſimas exercuit. Thrax & auriga, idem cantor, atque ſaltator. Batuebat pugnatoriis armis, aurigabat exſtructo plurifariàm Circo. Canendi ac ſaltandi voluptate ita efferebatur, ut ne publicis quidem ſpectaculis temperaret, quò minùs & tragœdo pronuntianti concineret, & geſtum hiſtrionis quaſi laudans vel corrigens

Il s'appliqua peu à l'érudition & beaucoup à l'éloquence. En général il étoit disert & parloit facilement, abondant sur-tout dans la colere & les invectives. Sa prononciation étoit animée & sa voix retentissante. Quand il devoit parler en public, il disoit qu'il alloit *lancer les traits de ses veilles;* méprisant d'ailleurs le genre d'écrire plus tempéré & plus orné, au point d'appeller les ouvrages de Séneque, l'auteur alors le plus en vogue, des amplifications scholastiques, & de les comparer à des édifices où il n'y auroit que des pierres ou du sable, sans chaux ni ciment. Il avoit coutume de répondre aux harangues des Orateurs qui avoient le mieux réussi; & quand il y avoit de grandes causes dans le Sénat, il jouoit le rôle de défenseur ou d'accusateur, selon ce qui pouvoit le plus favoriser son genre d'éloquence, & invitoit par un édit l'ordre des Chevaliers à venir l'entendre.

Il exerça d'autres talents fort différents, & même avec passion, tour à tour gladiateur, cocher, chanteur & danseur. Il s'escrimoit dans l'arene ou couroit dans le cirque. Il étoit si passionné pour le chant & pour la danse, qu'il ne pouvoit s'empêcher en public d'accompagner la voix de l'acteur & de contrefaire ses gestes & ses pas en les approuvant ou les réformant. C'est pour cela que le jour même de sa mort il avoit indiqué une veille générale, parcequ'il espéroit s'essayer sur le

palàm effingeret. Nec alia de causa videtur eo die quo periit pervigilium indixisse, quàm ut initium in scenam prodeundi licentiâ temporis auspicaretur. Saltabat autem nonnunquam etiam noctu : & quondam tres consulares secundâ vigiliâ in palatium accitos, multaque & extrema metuentes, super pulpitum collocavit : deinde repentè magno tibiarum & scabillorum crepitu, cum palla tunicaque talari prosiluit, ac desaltato cantico abiit. Atque hic, tam docilis ad cetera, natare nesciit.

LV. Quorum verò studio teneretur, omnibus ad insaniam favit. Mnesterem pantomimum etiam inter spectacula osculabatur : ac si quis saltante eo vel leniter obstreperet, detrahi jussum manu suâ flagellabat. Equiti Romano tumultuanti per centurionem denuntiavit abiret sine mora Ostiam, perferretque ad Ptolemæum regem in Mauritaniam codicillos suos ; quorum exemplum erat : Ei quem istuc misi neque boni quidquam neque mali feceris. Thraces quosdam Germanis corporis custodibus præposuit. Mirmillonum armaturas rescidit. Columbo victori, leviter tamen saucio, venenum in plagam addidit, quod ex eo Columbinum appellavit : sic certè inter alia venena scriptum ab eo repertum est. Prasinæ factioni ita addictus & deditus, ut cœnaret in stabulo assiduè, & maneret. Agitatori Cythico

théâtre avec plus de hardiesse dans une assemblée nocturne. C'étoit aussi le tems qu'il prenoit pour danser. Il fit venir une fois au milieu de la nuit trois personnages consulaires qui arriverent en tremblant, & craignant tout ce que l'on peut craindre. Il les plaça sur le théâtre, se mit à danser de toute sa force en habit de musicien au bruit des flûtes & des pédales (1), & se retira. Cependant cet homme qui savoit tant de choses ne savoit pas nager.

Son penchant pour ceux qui lui avoient plu alloit jusqu'à la manie. Il embrassoit publiquement Nestor le pantomime; & si quelqu'un faisoit le moindre bruit pendant qu'il dansoit, il le fouettoit de sa main. Il envoya dire par un Centurion à un Chevalier Romain qui faisoit du bruit, de s'en aller sur le champ à Ostie & de porter ses tablettes au roi Ptolémée en Mauritanie. Il y avoit dessus, *vous ne ferez ni bien ni mal à l'homme que je vous envoie*. De deux partis de gladiateurs, il favorisa l'un au point d'en choisir plusieurs pour les faire chefs de sa garde Allemande, & persécuta l'autre jusqu'à leur ôter leur armure. Un de ces derniers, nommé Columbus, étoit vainqueur & légérement blessé. Il fit mettre dans sa plaie un poison qui fut appellé de son nom *le poison de Columbus*; c'est ainsi du moins qu'il le nommoit parmi ses autres poisons. Il étoit tellement attaché à la faction des cochers *verds*, qu'il

(1) Instrument dont on jouoit avec le pied, & dont la forme n'est pas très reconnue. Plusieurs Auteurs en parlent, entre autres Cicéron, Arnobe, Saint Augustin; mais on ne peut en conclure rien de clair ni de décidé.

comiſſatione quâdam in apophoretis vicies ſeſtertium contulit. Incitato equo, cujus causâ pridie Circenſes, ne inquietaretur, viciniæ ſilentium per milites indicere ſolebat, præter equile marmoreum, & præſepe eburneum, præterque purpurea tegumenta, ac monile e gemmis, domum etiam, & familiam, & ſupellectilem dedit, quò lautiùs nomine ejus invitati acciperentur: conſulatum quoque traditur deſtinaſſe.

LVI. Ita bacchantem atque graſſantem non defuit pleriſque animus adoriri: ſed, unâ alterâque conſpiratione detectâ, aliis per inopiam occaſionis cunctantibus, duo conſilium communicaverunt, perfeceruntque, non ſine conſcientia potentiſſimorum libertorum præfectorumque prætorii, quòd ipſi quoque, etſi falsò, in quadam conjuratione, quaſi participes nominati, ſuſpectos tamen ſe & inviſos ſentiebant. Nam & ſtatim ſeductis magnam fecit invidiam, diſtricto gladio affirmans ſponte ſe periturum, ſi & illis morte dignus videretur: nec ceſſavit ex eo criminari alterum alteri, atque inter ſe omnes committere. Cùm placuiſſet Palatinis ludis ſpectaculo egreſſum meridie aggredi, primas ſibi partes Caſſius Chærea tribunus cohortis prætoriæ depopoſcit: quem Caius ſeniorem jam, ut mollem &

(1) Quatre cents mille livres.

mangeoit & couchoit avec eux dans leur écurie. L'un d'eux, nommé Cythicus, reçut de lui dans un festin un présent de deux millions de sesterces (1). Il aimoit tant un cheval nommé *Incitatus*, que la veille des courses du cirque il envoyoit des soldats pour ordonner le silence dans tout le voisinage, afin que le cheval dormît plus tranquillement. Il lui fit faire une écurie de marbre, une auge d'ivoire, des harnois de pourpre, des colliers de perles. Il lui donna une maison complette, des esclaves, des meubles, voulut qu'on allât manger chez lui; on dit même qu'il vouloit le faire Consul.

Au milieu de tant de folies & d'excès plusieurs citoyens eurent assez de courage pour songer à le punir. Deux conspirations furent découvertes; & tandis qu'on attendoit d'autres occasions & qu'on balançoit, deux Romains (2) se communiquerent leur projet & l'exécuterent, favorisés sous main par les plus puissants des affranchis & par les officiers du prétoire qui avoient été nommés déja dans une conjuration, quoiqu'à tort, & sentoient que depuis ce moment ils étoient devenus odieux & suspects. Caius avoit soulevé les esprits contre eux par la démarche qu'il avoit faite: il les avoit fait venir, & tirant son épée il avoit juré qu'il étoit prêt à se donner la mort s'il leur paroissoit la mériter. Il ne cessoit depuis ce tems de les accuser les uns auprès des autres, & d'exciter entre eux la haine & les soupçons. On convint de l'attaquer à midi au sortir d'un spectacle qui devoit se représenter dans son palais. Cassius

(2) Josephe, dans ses *Antiquités*, en nomme trois, Cassius Cherea, Emilius Regulus, & Minutianus.

effeminatum denotare omni probro consuerat; & modò, signum petenti, Priapum aut Venerem dare; modò, ex aliqua causa agenti gratias, osculandam manum offerre, formatam commotamque in obscœnum modum.

LVII. Futuræ cædis multa prodigia exstiterunt. Olympiæ simulacrum Jovis, quod dissolvi transferrique Romam placuerat, tantum cachinnum repentè edidit, ut machinis labefactis opifices diffugerint. Supervenitque illico quidam Cassius quoque nomine, jussum se somnio affirmans immolare taurum Jovi. Capitolium Capuæ idibus martiis de cælo tactum est: item Romæ cella Palatini atriensis. Nec defuerunt qui conjectarent altero ostento periculum a custodibus domino portendi: altero, cædem rursùs insignem, qualis eodem die facta quondam fuisset. Consulenti quoque de genitura sua, Sulla mathematicus certissimam necem appropinquare affirmavit. Monuerunt & sortes Antiatinæ ut a Cassio caveret. Quâ causâ ille Cassium Longinum Asiæ tum proconsulem occidendum delegaverat, immemor Chæream Cassium nominari. Pridiè quàm periret, somniavit consistere se in cœlo juxta solium Jovis, impulsumque ab eo dextri pedis pollice, & in terras præcipitatum. Prodigiorum loco habita sunt etiam quæ fortè illo ipso die paulò priùs acciderant. Sacrificans respersus

Cherea, Tribun de la cohorte prétorienne alors de garde, demanda à porter le premier coup. Caius insultoit souvent à sa vieillesse, le traitoit d'efféminé, lui reprochoit avec outrage ses mœurs molles & déréglées ; & quand il lui demandoit le mot du guet, il lui donnoit Priape ou Vénus, ou lui présentoit sa main à baiser avec un geste obscene.

Sa mort fut annoncée par plusieurs présages. La statue de Jupiter Olympien qu'il avoit ordonné qu'on transportât à Rome fit tout-à-coup un si grand éclat de rire lorsqu'on y mit la main, que les ouvriers laisserent tomber leurs machines & s'enfuirent, & aussitôt il survint un certain Cassius qui disoit avoir reçu en songe l'ordre d'immoler un taureau à Jupiter. Le capitole de Capoue fut frappé du tonnerre, le jour des ides de mars, & le vestibule du palais le fut aussi le même jour ; d'où l'on conjectura que Caius étoit menacé d'un grand danger de la part de ses gardes, & qu'on alloit voir quelque meurtre signalé tel que celui qu'on avoit déja vu aux ides de mars. L'astrologue Sylla qu'il consultoit sur son horoscope lui annonça une mort prochaine. L'oracle du temple de la Fortune à Antium l'avertit de se défier de Cassius, & là-dessus il avoit donné l'ordre de faire périr Cassius Longinus, Proconsul d'Asie. Il ne se souvint pas que Cherea s'appelloit aussi Cassius. La veille de sa mort il rêva qu'il étoit dans le ciel à côté du trône de Jupiter, & que Jupiter l'avoit poussé avec le pouce du pied droit, & l'avoit précipité sur la terre. On regarda aussi comme des prodiges plusieurs accidents que le hasard produisit le même jour. En sacrifiant il fut couvert du sang d'un *phénicoptere*. Le pan-

est phœnicopteri sanguine. Et pantomimus Mnester tragœdiam saltavit, quam olim Neoptolemus tragœdus, ludis quibus rex Macedonum Philippus occisus est, egerat. Et cùm in Laureolo mimo, in quo actor proripiens se ruinâ sanguinem vomit, ut plures secundarum certatim experimentum artis darent, cruore scena abundavit. Parabatur & in noctem spectaculum, quo argumenta inferorum per Ægyptios & Æthiopes explicarentur.

LVIII. Nono kalendas februarii horâ ferè septimâ, cunctatus an ad prandium surgeret, marcente adhuc stomacho pridiani cibi onere, tandem suadentibus amicis egressus est. Cùm in crypta, per quam transeundum erat, pueri nobiles ex Asia ad edendas in scena operas evocati præpararentur, ut eos inspiceret hortareturque restitit. Ac nisi princeps gregis algere se diceret, redire ac repræsentare spectaculum voluit. Duplex dehinc fama est: alii tradunt alloquenti pueros a tergo Chæream cervicem gladio cæsim graviter percussisse, præmissâ voce, Hoc age: dehinc Cornelium Sabinum, alterum e conjuratis tribunum, ex adverso trajecisse pectus: alii, Sabinum, submotâ per conscios centuriones turbâ, signum more militiæ petisse, & Caio Jovem dante, Chæream exclamasse, Accipe ratum, respicientique maxillam ictu discidisse. Jacentem, contractis-

tomime

tomime Neſtor repréſenta une tragédie que le comédien Néoptoleme avoit jouée le jour que Philippe de Macédoine fut tué. Dans la pantomime appellée *Laureolus*, l'acteur qui eſt ſuppoſé échapper à la ruine d'un édifice, feignit de vomir du ſang, & comme les acteurs qui le doubloient vouloient faire preuve de leur adreſſe, ils en vomirent auſſi, & la ſcene ſe trouva remplie de ſang. On préparoit auſſi pour la nuit qui ſuivit ſa mort une piece où des Egyptiens & des Ethiopiens devoient expliquer les myſteres infernaux.

Le 24 janvier à une heure après midi, il balança s'il ſe leveroit pour prendre ſon repas (1), ſe ſentant l'eſtomac encore chargé. Il ſortit pourtant à la priere de ſes amis. Il falloit paſſer ſous une voûte, & l'on avoit placé en cet endroit de jeunes garçons aſiatiques de familles nobles, qui venoient pour paroître ſur le théâtre de Rome. Il s'arrêta un moment pour les conſidérer & les exhorter à bien faire, & ſi leur chef n'avoit pas dit qu'il mouroit de froid, il alloit retourner ſur ſes pas & faire une répétition. On ne s'accorde pas ſur ce qui ſe paſſa en ce moment. Les uns diſent que pendant qu'il parloit à ces jeunes gens, Chéréa l'avoit frappé au cou par derriere & l'avoit bleſſé griévement, en criant *à moi*, & que le Tribun Cornelius Sabinus l'autre conjuré lui avoit percé le cœur : d'autres diſent que Sabinus ayant fait écarter tout le monde par des Centurions qui étoient du complot, lui avoit demandé le mot de l'ordre, & que Caligula ayant donné *Jupiter*, Caſſius Chéréa s'étoit écrié, *va le rejoin-*

(1) Le repas que les Anciens appelloient *prandium*, & qu'ils prenoient vers midi.

que membris clamitantem ſe vivere, ceteri vulneribus triginta confecerunt. Nam ſignum erat omnium, Repete. Quidam etiam per obſcœna ferrum adegerunt. Ad primum tumultum lecticarii cùm aſſeribus in auxilium accurrerunt, mox Germani corporis cuſtodes, ac nonnullos ex percuſſoribus, quoſdam etiam ſenatores innoxios, interemerunt.

LIX. Vixit annis vigintinovem, imperavit triennio & decem menſibus, diebuſque octo. Cadaver ejus clam in hortos Lamianos aſportatum, & tumultuario rogo ſemiambuſtum levi ceſpite obrutum eſt: poſteà per ſorores ab exſilio reverſas erutum, crematum, ſepultumque. Satis conſtat, priuſquam id fieret, hortorum cuſtodes umbris inquietatos: in ea quoque domo in qua occubuerit, nullam noctem ſine aliquo terrore tranſactam, donec ipſa domus incendio conſumpta ſit. Periit unà & uxor Cæſonia, gladio à centurione confoſſa, & filia parieti illiſa.

LX. Conditionem temporum illorum etiam per hæc æſtimare quivis poſſit. Nam neque cæde vulgatâ ſtatim creditum eſt. Fuitque ſuſpicio, ab ipſo Caio famam cædis ſimulatam & emiſſam: ut eo pacto erga ſe hominum mentes deprehenderet. Neque conjurati cuiquam imperium deſtinaverunt. Et ſenatus in aſſerenda libertate adeò conſenſit, ut conſules primò non in curiam

dre, & comme il se retournoit, l'avoit frappé à la mâchoire. Renversé par terre & se repliant sur lui-même, il cria qu'il vivoit encore. Les autres conjurés le percerent de trente coups de poignard. Le mot de ralliement étoit *redouble*. Plusieurs même lui enfoncerent le fer dans la partie virile. Au premier bruit, ses porteurs accoururent avec leurs bâtons, ensuite sa garde Allemande, & ils tuerent plusieurs des meurtriers, & même quelques Sénateurs innocents.

Il vécut vingt-neuf ans, & en régna trois, dix mois & huit jours. Son cadavre fut porté sécrétement dans les jardins de Lamia, brûlé à demi sur un bûcher fait à la hâte, puis enterré & recouvert de gazon. Quand ses sœurs revinrent de leur exil, elles l'exhumerent, le brûlerent & ensevelirent ses cendres. On assure que jusqu'à ce moment les jardiniers de cet endroit furent inquiétés par des fantômes ; que la maison où il fut tué fut troublée toutes les nuits par quelque bruit effrayant, jusqu'à ce qu'enfin le feu la consuma. L'épouse de Caius, Césonie, périt en même tems que lui, percée de coups par un Centurion, & sa fille fut brisée contre les murailles.

Ce qui peut donner une idée de ces tems-là, c'est que la nouvelle de ce meurtre s'étant répandue, on refusa d'abord de la croire. On crut que c'étoit un bruit semé par Caius pour savoir ce qu'on pensoit de lui. Les conjurés ne destinoient l'empire à personne, & le Sénat étoit tellement d'accord pour rétablir la liberté, que les Consuls ne le convoquerent point dans le lieu accoutumé,

quia Julia vocabatur, ſed in Capitolium convocarent; quidam verò ſententiæ loco abolendam Cæſarum memoriam ac diruenda templa cenſuerint. Obſervatum autem notatumque eſt in primis, Cæſares omnes, quibus Caii prænomen fuit, ferro periiſſe, jam inde ab eo qui Cinnanis temporibus ſit occiſus.



parcequ'il s'appelloit du nom de Jules Céſar, mais dans le Capitole. Pluſieurs furent d'avis d'abolir la mémoire des Céſars & de détruire leurs temples.

On obſerva que tous les Céſars qui s'étoient appellés Caius avoient péri de mort violente, à commencer par celui qui fut tué dans le tems de Cinna.



RÉFLEXIONS SUR CALIGULA.

C'EST une chofe remarquable que cette fuite de monftres qui occuperent le trône de l'Empire prefque fans interruption, à compter depuis la mort d'Augufte jufqu'à celle de Domitien. Malheureufement il ne faut prefque compter pour rien le regne de Titus, qui ne dura que deux ans, & qui fut affez long pour l'immortalifer, mais trop peu pour établir le bonheur de Rome. Vefpafien feul, parmi les dix premiers fucceffeurs d'Augufte, Titus excepté, paroît avoir été digne de regner, & joignit à cet avantage celui de jouir du trône affez long-tems pour rendre fes talents utiles aux Romains. Il eft probable que l'extrême corruption des mœurs, la dégradation des ames, les crimes fi fréquents qui fouilloient le palais des Céfars, la mauvaife éducation que leur donnoient des efclaves ou des affranchis à qui l'on confioit l'efpérance des peuples, & qui n'avoient d'autre intérêt que d'avilir les maîtres pour écrafer les fujets, contribuerent beaucoup à développer & à fortifier les mauvaifes difpofitions que ces jeunes Princes avoient reçues de la nature, étoufferent ce qu'ils pouvoient avoir de vertu, & les rendirent plus méchants qu'ils n'auroient été. Quelle éducation, par exemple, avoit eue Caligula à la Cour de Tibere? Que pouvoit-on attendre d'un jeune homme accoutumé à méprifer le fang humain à force d'en voir répandre, endurci par les cruautés commifes fous fes yeux, & corrompu par un homme tel que Macron, capable de lui proftituer fa femme, & de lui vendre les derniers inftans de fon maître! Qu'on s'étonne après cela des horreurs de fon regne. Il étoit fou, dira-t-on, mais Charles VI parmi nous l'étoit auffi, & il n'a point été barbare. La folie de Caligula étoit celle d'un tigre, & il eft inconcevable qu'on l'ait fouffert pendant plus de trois ans fans l'enchaî-

ner ou le détruire. Rien ne prouve mieux la terreur servile que le despotisme avoit inspirée au Sénat, & qu'entretenoient les glaives dont le palais impérial étoit rempli. Les soldats seuls devoient être les maîtres sous le regne d'un fou furieux qui ne connoissoit ni loi ni raison; & cet abominable regne auroit duré beaucoup plus long-tems, si par une suite de son extravagance Caligula n'eût offensé & menacé ceux même qui faisoient sa sureté. Ce ne fut point dans le Sénat, qui auroit dû faire justice de lui, que se forma la conspiration: ce fut dans son propre palais & parmi ses domestiques les plus intimes. Certainement jamais il n'y eut un instant plus favorable pour faire revivre la liberté, que l'instant de sa mort. Il ne restoit des Césars que l'imbécille Claude, & il n'y avoit pas un seul homme puissant qui songeât à régner. Si au lieu de s'amuser à délibérer, le Sénat se fût rendu maître des portes par le ministere des Chevaliers, & les eût fermées aux Prétoriens qui campoient à quelque distance; si après cette démarche ferme & décidée il eût exhorté le peuple à la liberté, & député vers les Prétoriens pour leur faire des conditions honorables & les engager à ne point s'opposer au bonheur commun, il est vraisemblable que quelques milliers de soldats qui seuls avoient intérêt à créer un Empereur n'auroient pas assiégé Rome plutôt que de s'unir à tous leurs concitoyens. Mais les Romains n'étoient plus dignes de la liberté. Les démarches des soldats furent unanimes & vigoureuses; celles du Sénat timides & incertaines: & l'on vit alors le fruit de la politique d'Auguste, qui, en mettant les corps militaires sous la dépendance immédiate des Empereurs, les accoutuma à ne point reconnoître d'autre pouvoir, & leur fit sentir combien il leur étoit avantageux d'appartenir à un seul homme intéressé à leur prodiguer les graces & les récompenses, plutôt qu'à un corps de magistra-

ture dont l'eſprit eſt toujours ſévere, & qui ne croit jamais devoir rien à perſonne.

L'Auteur des *Révolutions de l'Empire Romain* n'ajoute pas plus de foi à Suétone & à Dion, ſur ce qui regarde Caligula, que ſur ce qui concerne Tibere. En admettant la folie de cet Empereur, il oppoſe beaucoup de raiſonnements aux extravagances qu'on lui attribue. Il me ſemble pourtant qu'on peut tout croire d'un fou méchant qui eſt ſur le trône. Il ne veut pas, par exemple, que Caligula ait fait fermer les greniers publics. Il prétend qu'il y auroit eu ſédition. Oui, s'ils euſſent été fermés aſſez long-tems pour produire la famine; mais c'eſt ce que ne diſent point les Hiſtoriens, & il eſt évident que ce n'étoit que la fantaiſie paſſagere d'une tête renverſée, qu'un autre caprice remplaça un moment après. Il eſt ſans doute fort peu intéreſſant de ſavoir s'il vouloit réellement faire un cheval Conſul. M. Linguet prétend que ce n'étoit qu'une raillerie, comme la botte que Charles XII vouloit envoyer au Sénat de Stokolm. Mais l'orgueil injurieux d'un Conquérant deſpote, aigri par le malheur & les contradictions, ne reſſemble en rien aux extravagánces puériles de Caius à l'égard de ce cheval, à qui il donna une maiſon complette. En vérité ce n'eſt pas la peine de démentir deux Hiſtoriens ſur les folies d'un homme qu'on reconnoît pour fou, ni ſur-tout de ſoutenir que Caligula n'a pas pu *dire d'injures* au Sénat; car il eſt très vraiſemblable qu'il en a pu dire beaucoup.




Caron



TIBERIUS CLAUDIUS DRUSUS.

PATREM Claudii Cæſaris Druſum, olim Decimum, mox Neronem prænomine, Livia, cùm Auguſto gravida nupſiſſet, intra menſem tertium peperit: fuitque ſuſpicio ex vitrico per adulterii conſuetudinem procreatum. Statim certè vulgatus eſt verſus:

Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία.

Is Druſus in quæſturæ præturæque honore, dux Rhætici, deinde Germanici belli, Oceanum ſeptemtrionalem primus Romanorum ducum navigavit: tranſque Rhenum foſſas novi & immenſi operis effecit, quæ nunc adhuc Druſinæ vocantur. Hoſtem etiam frequenter cæſum, ac penitùs in intimas ſolitudines actum, non priùs deſtitit inſequi, quàm ſpecies barbaræ mulieris humanâ amplior, victorem tendere ultrà ſermone Latino prohibuiſſet. Quas ob res ovandi jus, & triumphalia ornamenta percepit: ac poſt præturam confeſtim inito conſulatu, atque expeditione repetitâ, ſupremum diem morbo obiit in æſtivis caſtris, quæ ex eo Scelerata ſunt appellata. Corpus ejus per municipiorum coloniarumque primores, ſuſcipientibus obviis ſcribarum decuriis, ad Urbem devectum, ſepultum eſt in Martio campo. Ceterum exercitus honorarium ei tumu-



CLAUDE.

Livie, qui étoit enceinte lorſqu'elle épouſa Auguſte, mit au monde, trois mois après, Druſus, qui d'abord eut le prénom de Decimus, & enſuite celui de Néron, & qui fut pere de Claude Céſar. Ce Druſus paſſa pour être le fruit d'un commerce adultere de Livie avec Auguſte avant qu'ils fuſſent mariés, ce qui donna lieu à ce mot : *Les gens heureux ont des enfants après trois mois de mariage.* Druſus étant Queſteur & enſuite Préteur fit la guerre aux peuples des Alpes & aux Allemands. Il fut le premier des Généraux Romains qui navigua ſur l'océan ſeptentrional. Il traça au-delà du Rhin des lignes d'une conſtruction nouvelle & d'une étendue immenſe, que l'on appelle encore les lignes de Druſus. Après avoir ſouvent battu les ennemis & les avoir pouſſés juſqu'au fond de leurs déſerts, il les pourſuivoit encore lorſqu'une figure de femme d'une grandeur plus qu'humaine lui défendit en latin de s'avancer au-delà. L'ovation & les ornements ttiomphaux furent les récompenſes de ſes exploits. Il fut fait Conſul au ſortir de ſa Préture, & étant retourné en Allemagne, il y mourut de maladie dans ſes quartiers d'été appellés depuis *le camp maudit.* Son corps fut porté juſqu'à Rome par les principaux Officiers des colonies & des villes municipales, & reçu ſur la route par les magiſtrats des divers endroits où il paſſoit. On l'enſevelit dans le champ de Mars ; mais ſon armée lui éleva un monument funéraire, autour duquel les

lum excitavit : circa quem deinceps ſtato die quotannis miles decurreret, Galliarumque civitates publicè ſupplicarent. Præterea ſenatus inter alia complura, marmoreum arcum cum tropæis viâ Appiâ decrevit, & Germanici cognomen ipſi poſteriſque ejus. Fuiſſe autem creditur non minus glorioſi quàm civilis animi : nam ex hoſte ſuper victorias, opima quoque ſpolia captaſſe, ſummoque ſæpius diſcrimine duces Germanorum totâ acie inſectatus ; nec diſſimulaſſe unquam priſtinum ſe reipublicæ ſtatum quandoque reſtituturum, ſi poſſet. Unde exiſtimo nonnullos tradere auſos, ſuſpectum eum Auguſto, revocatumque ex provincia : & quia cunctaretur, interceptum veneno. Quod equidem magis, ne prætermitterem, retuli, quàm quia verum aut veriſimile putem : cùm Auguſtus tantopere & vivum dilexerit, ut coheredem ſemper filiis inſtituerit, ſicut quodam in ſenatu profeſſus eſt : & defunctum ita pro concione laudaverit, ut deos precatus ſit Similes ei Cæſares ſuos facerent : ſibique tam honeſtum quandoque exitum darent, quàm illi dediſſent. Nec contentus elogium tumulo ejus verſibus à ſe compoſitis inſculpſiſſe, etiam vitæ memoriam proſâ oratione compoſuit. Ex Antonia minore complures quidem liberos tulit : verùm tres omninò reliquit, Germanicum, Livillam, Claudium.

ſoldats célébroient des jeux annuels & où les députés des villes de la Gaule faiſoient des ſacrifices publics. Le Sénat entr'autres honneurs lui fit élever ſur la voie Appienne un arc triomphal en marbre, & lui décerna à lui & à ſes deſcendants le nom de Germanicus. Il aimoit également la gloire & l'Etat. Jaloux de joindre l'honneur des dépouilles *opimes* à celui de ſes victoires (1), il pourſuivit ſouvent dans la mêlée les Généraux Allemands. Il ne diſſimula pas le deſſein qu'il avoit de rétablir un jour, s'il le pouvoit, l'ancienne République. Quelques-uns ont cru que ces ſentiments le rendirent ſuſpect à Auguſte & le firent rappeller de ſon gouvernement; ils ajoutent même que comme Druſus balançoit à revenir, on le fit périr par le poiſon. Je rapporte cette opinion ſans la croire : Auguſte aima tellement Druſus, qu'il l'avoit porté ſur ſon teſtament pour ſon héritier au même rang que ſes fils, comme il le dit un jour dans le Sénat, & que dans l'éloge public (2) qu'il fit de lui après ſa mort il pria les Dieux de lui donner toujours des Céſars qui reſſemblaſſent à Druſus, & de lui aſſurer une fin auſſi glorieuſe que la ſienne. Il fit ſon épitaphe en vers, & la fit graver ſur ſon tombeau ; il écrivit auſſi des mémoires ſur ſa vie. Druſus eut beaucoup d'enfants de ſa femme, la jeune Antonie, mais il n'en laiſſa que trois, Germanicus, Livilla & Claude.

---

(1) C'eſt ainſi qu'on appelloit les dépouilles remportées ſur le chef des ennemis.

(2) Je ne prétends nullement attribuer à Auguſte un crime de plus, qu'on ne ſauroit prouver. Mais Suétone eſt trop bon d'imaginer qu'on ne peut pas empoiſonner un homme & faire ſon oraiſon funebre & ſon épitaphe.

II. Claudius natus eſt, Julo Antonio, Fabio Africano conſulibus, Kalendis Auguſtis, Lugduni, eo ipſo die quo primùm ara ibi Auguſto dedicata eſt, appellatuſque Tiberius Claudius Druſus. Mox, fratre majore in Juliam familiam adoptato, Germanici cognomen aſſumpſit. Infans autem relictus a patre, ac per omne fere pueritiæ atque adoleſcentiæ tempus, variis & tenacibus morbis conflictatus eſt; adeo ut animo ſimul & corpore hebetato, ne progreſsâ quidem ætate, ulli publico privatoque muneri habilis exiſtimaretur. Diu, atque etiam poſt tutelam receptam, alieni arbitrii, & ſub pædagogo fuit: quem barbarum & olim ſuperjumentarium, ex induſtria ſibi appoſitum, ut ſe quibuſcumque de cauſis quamſæviſſimè coerceret, ipſe quodam libello conqueritur. Ob hanc eamdem valetudinem & gladiatorio munere, quod ſimul cum fratre memoriæ patris edebat, palliolatus novo more præſedit; & togæ virilis die, circa mediam noctem, ſine ſolenni officio, lecticâ in Capitolium latus eſt.

III. Diſciplinis tamen liberalibus ab ætate prima non mediocrem operam dedit, ac ſæpe experimenta cujuſque etiam publicavit. Verum ne ſic quidem quidquam dignitatis aſſequi, aut ſpem de ſe commodiorem in poſterum facere potuit. Mater Antonia portentum eum hominis dictita-

Claude naquit à Lyon le premier d'août ſous le conſulat de Jules Antoine & de Fabius Africanus, le même jour que l'on y fit la dédicace de l'autel d'Auguſte. Il fut appellé Tibere Claude Druſus; il prit le ſurnom de Germanicus lorſque ſon frere aîné fut adopté dans la famille des Jules. Abandonné par ſon pere dans ſon enfance, il la paſſa toute entiere, ainſi que ſa jeuneſſe, dans des maladies longues & opiniâtres qui le rendirent ſi foible de corps & d'eſprit, qu'on le regarda dès-lors comme incapable d'aucune fonction publique, & même après qu'il fut ſorti de tutelle on le laiſſa ſous les ordres d'un précepteur qui avoit été conducteur de bêtes de ſomme. Il ſe plaignit dans un mémoire qu'on avoit mis cet homme auprès de lui pour lui faire ſouffrir, ſans raiſon, toutes ſortes de mauvais traitements. Cette même foibleſſe de ſanté & de raiſon fut cauſe qu'il aſſiſta en manteau grec, contre la coutume, à un ſpectacle de gladiateurs qu'il donna conjointement avec ſon frere après la mort de Druſus. C'eſt pour cette même raiſon que le jour qu'il prit la robe virile il fut porté en litiere au Capitole au milieu de la nuit ſans aucune cérémonie.

Il ne laiſſa pas pourtant de s'appliquer à l'étude des lettres, & même de s'éprouver quelquefois en public; mais il ne put ni acquérir aucune conſidération, ni donner de lui de meilleures eſpérances. Sa mere Antonie l'appelloit *un avorton, une ébauche*

bat, nec abſolutum a natura, ſed tantum inchoatum : ac ſi quem ſocordiæ argueret, ſtultiorem aiebat filio ſuo Claudio. Avia Auguſta pro deſpectiſſimo ſemper habuit : non affari, niſi rariſſime : non monere, niſi acerbo & brevi ſcripto, aut per internuntios ſolita. Soror Livilla, cùm audiſſet quandoque imperaturum, tam iniquam & tam indignam ſortem populi Romani palàm & clarè deteſtata eſt. Nam & avunculus major Auguſtus quid de eo in utramque partem opinatus ſit, quo certius cognoſcatur, capita ex ipſius epiſtolis poſui.

IV. Collocutus ſum cum Tiberio, ut mandaſti, mea Livia, quid nepoti tuo Tiberio faciendum eſſet ludis Martialibus. Conſentit autem uterque noſtrum, ſemel eſſe nobis ſtatuendum, quòd conſilium in illo ſequamur. Nam ſi eſt ἄρτιος, ut ita dicam, ὁλόκληρος, quid eſt quod dubitemus, quin per eoſdem articulos & gradus producendus ſit per quos frater ejus productus fuit ? Sin autem ἠλαττῶσθαι ſentimus eum, καὶ βεβλάφθαι, καὶ εἰς τὴν τοῦ σώματος καὶ εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ἀρτιότητα, præbenda materia deridendi & illum & nos non eſt hominibus, τὰ τοιαῦτα σκώπτειν καὶ μυκτηρίζειν εἰωθόσιν· Nam ſemper æſtuabimus, ſi de ſingulis articulis temporum deliberabimus, μὴ προυποκειμένου ἡμῖν poſſe eum gerere honores arbitremur nec ne. In præſentia tamen quibus de rebus con-

de

de la Nature ; & lorſqu'elle vouloit parler d'un imbécille, elle diſoit, *il eſt plus bête que mon fils Claude.* Son aïeule Livie avoit pour lui le plus grand mépris, & ne lui parloit que rarement ; elle lui faiſoit de tems en tems des remontrances dures & laconiques par un tiers ou par écrit. Sa ſœur Livilla ayant entendu dire qu'il regneroit un jour, plaignit tout haut le peuple Romain d'être réſervé à une deſtinée ſi malheureuſe & ſi indigne. A l'égard d'Auguſte, je ne puis mieux faire voir ce qu'il en penſoit en bien ou en mal, qu'en rapportant quelques paſſages de ſes lettres.

» J'ai conſulté avec Tibere, comme vous me » l'avez demandé, ma chere Livie, ſur ce qu'il » faudroit faire de Claude dans les fêtes de Mars. » Notre avis à tous deux eſt qu'il faut prendre » une fois notre parti ſur ce qui le regarde, pour » ne nous en écarter jamais. Si nous voulons le » traiter comme notre héritier, il n'y a pas à ba- » lancer, il faut le faire paſſer par les mêmes de- » grés d'honneur où a paſſé ſon frere : ſi au con- » traire nous ſommes bien convaincus du déran- » gement total de ſa ſanté & de ſa raiſon, il ne » faut point nous expoſer, ainſi que lui, aux rail- » leries qu'il nous faudroit eſſuyer infaillible- » ment. Ce ſeroit une choſe très déſagréable » d'avoir à délibérer à chaque occaſion au ſujet » de Claude, ſans avoir établi auparavant ſi nous » le regardons comme capable d'exercer les em- » plois ou non. Quoi qu'il en ſoit, dans la con- » jončture préſente, je ne ſuis pas éloigné de per- » mettre qu'il tienne la table des pontifes dans

ſulis, curare eum ludis Martialibus triclinium ſacerdotum non diſplicet nobis, ſi eſt paſſurus ſe ab Silani filio, homine ſibi affini, admoneri, ne quid faciat quod conſpici & derideri poſſit. Spectare eum Circenſes ex pulvinari non placet nobis : expoſitus enim in prima fronte ſpectaculorum conſpicietur. In Albanum montem ire eum non placet nobis, aut eſſe Romæ Latinarum diebus. Cur enim non præficitur urbi, ſi poteſt fratrem ſuum ſequi in montem? Habes noſtras, mea Livia, ſententias, quibus placet ſemel de tota re aliquid conſtitui, ne ſemper inter ſpem & metum fluctuemus. Licebit autem, ſi voles, Antoniæ quoque noſtræ des hanc partem epiſtolæ hujus legendam. Rurſus alteris litteris : Tiberium adoleſcentem ego verò, dum tu aberis, quotidie invitabo ad cœnam, ne ſolus cœnet cum ſuo Sulpicio & Athenodoro : qui vellem diligentiùs, & minùs μετεώρως, deligeret ſibi aliquem cujus motum & habitum & inceſſum imitaretur miſellus :

Ατυχεῖ πάνυ ἐν τοῖσι σπουδαίοις λίαν.

Ubi non aberravit ejus animus, ſatis apparet ἡ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ εὐγένεια. Item tertiis litteris : Tiberium nepotem tuum placere mihi declamantem potuiſſe, peream, niſi, mea Livia, admiror : nam qui tam ἀσαφῶς loquatur, quî poſſit, cùm declamat, σαφῶς dicere quæ dicenda ſunt, non

» les fêtes de Mars, pourvu qu'il ait auprès de lui » le fils de Silanus son parent, qui l'empêche de » rien faire de ridicule ou de déplacé. Je ne suis » point d'avis qu'il assiste aux jeux du cirque, placé » sur un lit de cérémonie: cette situation sur le » devant du théâtre l'exposeroit trop aux regards » de l'assemblée. Je ne suis point d'avis non plus » qu'il aille sacrifier sur le mont Albain, ni qu'il » soit à Rome dans le tems des fêtes latines: en » effet on trouveroit étrange qu'il ne fût chargé » d'aucune fonction dans la ville, s'il alloit par- » tager celles de son frere sur le mont d'Albe. » Voilà, ma chere Livie, ce que je crois le plus » convenable; & j'ajoute encore qu'il faut régler » pour toujours notre conduite à son égard, pour » ne pas flotter entre l'espérance & la crainte. » Vous pourrez lire à Antonie cette partie de ma » lettre, si vous le trouvez bon ».

Dans une autre il dit: » Pendant votre absence » j'inviterai tous les jours le jeune Claude à souper » avec moi, afin qu'il ne demeure pas toujours » seul avec son Sulpicius & son Athenodore. Je » voudrois que le pauvre malheureux choisît » moins follement & avec plus de soin ses liaisons » & ses amis, & qu'il prît de meilleurs modeles » dans sa démarche & dans tout son extérieur: il » n'a pas les inclinations heureuses; cependant » lorsque son esprit n'est point égaré, il fait quel- » quefois souvenir de sa naissance ».

Voici ce qu'il dit dans une troisieme lettre: » J'ai entendu haranguer votre neveu Claude, » ma chere Livie, & je ne sors pas de surprise: » comment peut-il parler aussi clairement en » public, lui qui a si peu de suite dans ses entre- » tiens »?

video. Nec dubium eſt quin poſt hæc Auguſtus conſtituerit, & reliquerit eum nullo præter auguralis ſacerdotii honore impertitum : ac ne heredem quidem, niſi inter tertios, ac penè extraneos, e parte ſexta nuncuparit : legatoque non ampliùs quàm octingentorum ſeſtertiorum proſecutus.

V. Tiberius patruus petenti honores conſularia ornamenta detulit. Sed inſtantiùs legitimos flagitanti, id ſolum codicillis reſcripſit, quadraginta aureos in Saturnalia & ſigillaria miſiſſe ei. Tunc demum abjectâ ſpe dignitatis, ad otium conceſſit, modò in hortis & ſuburbana domo, modò in Campaniæ ſeceſſu deliteſcens : atque ex contubernio ſordidiſſimorum hominum ſuper veterem ſegnitiæ notam, ebrietatis quoque & aleæ infamiam ſubiit.

VI. Cùm interim, quamquam hoc modo agenti, nunquam aut officium hominum, aut reverentia publica defuit. Equeſter ordo bis patronum eum perferendæ pro ſe legationis elegit : ſemel cùm deportandum Romam corpus Auguſti humeris ſuis a conſulibus expoſceretur : iterùm cùm oppreſſum Sejanum apud eoſdem gratularetur. Quin & ſpectaculis advenienti aſſurgere, & lacernas deponere ſolebat. Senatus quoque, ut ad numerum ſodalium Auguſtalium ſorte ductorum extra ordinem adjiceretur, cenſuit : & mox

Auguſte prit enfin ſa réſolution, & laiſſa Claude ſans aucune dignité que celle de Prêtre & d'Augure. Il ne lui aſſigna qu'un ſixieme de ſa ſucceſſion, encore ne le mit-il qu'au troiſieme rang, & preſque parmi les étrangers, & le legs qu'il lui laiſſa ne montoit pas à plus de quatre-vingts grands ſeſterces (1).

Son oncle Tibere lui accorda les ornements conſulaires; & comme il demandoit avec inſtance la place même de Conſul, Tibere lui récrivit pour toute réponſe : *Je vous envoie quarante pieces d'or pour les Saturnales & pour les préſents qu'il eſt d'uſage de faire.* Alors renonçant à toute ambition, il prit le parti de la retraite, & vécut caché tantôt dans un fauxbourg de Rome, tantôt dans la Campanie, lié avec la plus vile populace, & joignant à ſes autres défauts l'ivrognerie & la paſſion pour les jeux de haſard.

Cependant on lui rendit toujours quelques devoirs, & même des reſpects. L'ordre des Chevaliers le chargea deux fois d'être l'interprete de ſes demandes, & ſe mit ſous ſa protection : la premiere, lorſqu'ils demandoient aux Conſuls de porter le corps d'Auguſte à Rome; la ſeconde, lorſqu'ils leur firent compliment ſur la mort de Séjan. Quand il arrivoit au ſpectacle, ils ſe levoient & ôtoient l eſpece de manteau (2) qui cachoit leur toge. Le Sénat vou-

(1) 16000 livres.

(2) *Lacerna*, ſorte de redingote qu'on prenoit pour le mauvais tems. La toge étoit l'habit décent & de cérémonie.

ut domus ei, quam incendio amiſerat, publicâ impenſâ reſtitueretur, dicendæque inter conſulares ſententiæ jus eſſet. Quod decretum abolitum eſt, excuſante Tiberio imbecillitatem ejus, ac damnum liberalitate ſuâ reſarturum pollicente: qui tamen moriens, & in tertiis heredibus eum ex parte tertia nuncupatum, legato etiam circa ſeſtertium vicies proſecutus, commendavit inſuper exercitibus, ſenatui populoque Romano inter ceteras neceſſitudines nominatim.

VII. Sub Caio demum fratris filio ſecundam exiſtimationem circa initia imperii omnibus lenociniis colligente, honores auſpicatus, conſulatum geſſit unà per duos menſes: evenitque ut primitus ingredienti cum faſcibus forum, prætervolans aquila dexteriore humero conſideret. Sortitus eſt & de altero conſulatu in quartum annum: præſeditque nonnunquam ſpectaculis in Caii vicem, acclamante populo, Feliciter, partim patruo imperatoris, partim Germanici fratri.

VIII. Nec eò minùs contumeliis obnoxius vixit: nam & ſi paulò ſeriùs ad prædictam cœnæ horam occurriſſet, non niſi ægrè, & circuito demùm triclinio, recipiebatur. Et quoties poſt cibum addormiſceret, quod ei ferè accidebat, olearum ac palmularum oſſibus inceſſebatur; interdum ferulâ flagrove, velut per ludum, excita-

ſut le nommer extraordinairement au nombre des Prêtres d'Auguſte que l'on avoit tirés au ſort, faire rétablir aux dépens de l'Etat ſa maiſon brûlée, & lui donner le droit de dire ſon avis au rang des citoyens conſulaires. Tibere empêcha que ce décret n'eût lieu, alléguant la ſtupidité de Claude, & prenant ſur lui de le dédommager de la perte de ſa maiſon; cependant en mourant il le nomma au troiſieme rang de ſes héritiers pour un tiers de ſa ſucceſſion, lui fit un legs de deux millions de ſeſterces (1), & le recommanda nommément aux Armées, au Sénat & au Peuple Romain parmi ce qu'il avoit de plus cher.

Sous Caius ſon neveu, qui dans les commencements de ſon regne cherchoit à ſe faire une réputation de douceur par toutes ſortes de complaiſances, il parvint aux honneurs & fut ſon collegue au conſulat pendant deux mois. La premiere fois qu'il parut dans la place publique avec les faiſceaux, une aigle vint ſe percher ſur ſon épaule droite. Il fut déſigné Conſul pour quatre ans après, & préſida quelquefois aux ſpectacles à la place de Caius, aux acclamations du peuple, qui ſouhaitoit toutes ſortes de proſpérités à l'oncle de l'Empereur & au frere de Germanicus. Il n'en fut pas moins le jouet de la cour. S'il arrivoit trop tard pour ſouper, on ne le recevoit qu'avec peine & après lui avoir fait faire le tour de la table en demandant une place. S'il s'endormoit après le repas, comme il y étoit aſſez ſujet, on lui jettoit des noyaux d'olives & de dattes, ou bien des bouffons ſe faiſoient un jeu de le réveiller avec un fouet ou une verge. On lui mettoit

(1) 400000 livres.

batur a copreis. Solebant & manibus ſtertentis ſocci induci, ut repentè expergefactus faciem ſibi confricaret.

IX. Sed ne diſcriminibus quidem caruit: primùm in ipſo conſulatu, quòd Neronis & Druſi, fratrum Cæſaris, ſtatuas ſegniùs locandas ponendaſque curaſſet, penè honore ſubmotus eſt: deinde extraneo vel etiam domeſticorum aliquo deferente, aſſiduè varièque inquietatus. Cùm verò detecta eſſet Lepidi & Gætulici conjuratio, miſſus in Germaniam inter legatos ad gratulandum, etiam vitæ periculum adiit: indignante ac fremente Caio, patruum potiſſimùm ad ſe miſſum, quaſi ad puerum regendum: adeo ut non defuerint qui traderent, præcipitatum quoque in flumen, ſicut veſtitus advenerat. Atque ex eo nunquam non in ſenatu noviſſimus conſularium ſententiam dixit, ignominiæ causâ poſt omnes interrogatus. Etiam cognitio falſi teſtamenti recepta eſt, in quo & ipſe ſignaverat. Poſtremò etiam ſeſtertium octogies pro introitu novi ſacerdotii coactus impendere, ad eas rei familiaris anguſtias decidit, ut cùm obligatam ærario fidem liberare non poſſet, in vacuum lege prædiatoriâ venalis pependerit ſub edicto præfectorum.

X. Per hæc ac talia maximâ ætatis parte tranſactâ, quinquageſimo anno imperium cepit,

aussi des brodequins dans les mains lorsqu'il ronfloit, afin qu'en se réveillant il s'en frottât le visage.

Il fut exposé à plusieurs dangers. Il se vit sur le point d'être destitué du consulat pour avoir apporté peu de soin à faire placer les statues de Néron & de Drusus, freres de Caius. D'ailleurs il étoit continuellement en butte aux délations des domestiques & même des étrangers. Envoyé en Germanie pour féliciter Caius de ce qu'on avoit découvert la conjuration de Lepidus & de Getulicus, il courut risque de la vie, Caius ayant paru indigné qu'on lui eût député son oncle comme une espece de Gouverneur : on a prétendu même que tout en arrivant on le plongea dans le Rhin, habillé comme il étoit. Depuis ce tems il fut toujours le dernier des Consulaires à dire son avis dans le Sénat, parceque pour le mortifier on l'interrogeoit le dernier. On reçut une accusation de faux contre un testament où il avoit signé. Enfin ayant été obligé de dépenser pour les frais de sa réception au sacerdoce huit millions de sesterces (1), il se vit dans une telle disette d'argent, que ne pouvant acquitter ses obligations envers le trésor public, ses biens furent mis en vente, comme confisqués par un édit des Préteurs de la ville suivant la loi des hypotheques.

C'est ainsi qu'il passa la plus grande partie de sa vie jusqu'à l'âge de cinquante ans, où il fut élevé à l'empire d'une maniere assez extraordi-

(1) Huit cents mille livres.

quantumvis mirabili casu. Exclusus inter ceteros ab insidiatoribus Caii, cùm, quasi secretum eo desiderante, turbam submoverent, in diætam, cui nomen est Hermæum, recesserat. Neque multò post rumore cædis exterritus, prorepsit ad solarium proximum, interque prætenta foribus vela se abdidit. Latentem discurrens fortè gregarius miles animadversis pedibus e studio sciscitandi quisnam esset, agnovit, extractumque, & præ metu ad genua sibi accidentem, imperatorem salutavit. Hinc ad alios commilitones fluctuantes, nec quidquam adhuc quàm frementes, perduxit. Ab his lecticæ impositus, &, quia servi diffugerant, vicissim succollantibus, in castra delatus est, tristis ac trepidus, miserante obviâ turbâ, quasi ad pœnam raperetur insons. Receptus intra vallum, inter excubias militum pernoctavit, aliquantò minore spe quàm fiduciâ. Nam consules cum senatu & cohortibus urbanis forum Capitoliumque occuparunt, asserturi communem libertatem: accitusque & ipse per tribunum plebis in curiam ad suadenda quæ viderentur, vi se & necessitate teneri respondit. Verùm postero die, senatu segniore in exsequendis conatibus per tædium ac dissensionem diversa censentium, & multidine quæ circumstabat unum rectorem jam & nominatim exposcente, armatos pro concione jurare in nomen suum passus est: promisit-

naire. Au moment où les aſſaſſins de Caius écartoient tout le monde comme s'il eût voulu être ſeul, Claude s'étoit éloigné comme les autres & retiré dans une ſalle à manger qu'on appelloit *hermæum* ; & bientôt ſaiſi d'effroi au premier bruit du meurtre, il ſe traîna juſqu'à une galerie prochaine, où il ſe cacha derriere les tapiſſeries qui couvroient la porte. Un ſoldat qui erroit au haſard apperçut ſes pieds, voulut ſavoir qui c'étoit, le reconnut, & l'ayant tiré de-là, le ſalua Empereur dans l'inſtant où Claude ſe jettoit à ſes genoux pour lui demander la vie. Il le conduiſit à ſes camarades aſſemblés en tumulte & flottants encore ſur le parti qu'ils devoient prendre. Ils le mirent dans une litiere, & comme ſes eſclaves s'étoient enfuis, ils le porterent juſqu'au camp ſur leurs épaules, ſe relayant pour ce ſervice. La foule, en le voyant paſſer triſte & abattu, déploroit ſon ſort & croyoit qu'on le menoit à la mort ſans qu'il l'eût méritée. Reçu dans l'enceinte des retranchements, il paſſa la nuit au milieu des ſentinelles, & commença à concevoir des eſpérances qui d'abord ne ſe juſtifioient pas ; car les Conſuls & le Sénat s'étoient emparés du Capitole & de la place publique avec les cohortes prépoſées à la garde de la ville, & prétendoient rétablir l'ancienne liberté. Claude lui-même fut ſommé par un Tribun du peuple de venir opiner dans le Sénat ; il répondit qu'on le retenoit par force. Mais le lendemain le Sénat ſoutenant ſes premieres réſolutions avec trop de foibleſſe & ſe partageant en pluſieurs avis, le peuple qui entouroit l'aſſemblée demandant à haute voix un ſeul maître & nommant Claude, il reçut les ſerments de l'armée & promit à chaque ſoldat quinze grands

que ſingulis quindena ſeſtertia, primus Cæſarum fidem militis etiam præmio pigneratus.

XI. Imperio ſtabilito, nihil antiquius duxit quàm id biduum, quo de mutando reipublicæ ſtatu hæſitatum erat, memoriæ eximere. Omnium itaque factorum dictorumque in eo veniam & oblivionem in perpetuum ſanxit ac præſtitit: tribunis modò ac centurionibus paucis e conjuratorum in Caium numero interemptis, exempli ſimul causâ, & quòd ſuam quoque cædem depopoſciſſe cognoverat. Converſus hinc ad officia pietatis, jusjurandum neque ſanctius ſibi, neque crebrius inſtituit, quàm per Auguſtum. Aviæ Liviæ divinos honores, & Circenſi pompâ currum elephantorum Auguſteo ſimilem decernendum curavit; parentibus inferias publicas: & hoc amplius, patri Circenſes annuos natali die: matri carpentum quod per Circum duceretur, & cognomen Auguſtæ, ab avia recuſatum. Ad fratris memoriam, per omnem occaſionem celebratam, comœdiam quoque Græcam Neapolitano certamine docuit, ac de ſententia judicum coronavit. Ne Marcum quidem Antonium inhonoratum ac ſine grata mentione tranſmiſit: teſtatus quondam per edictum, tantò impenſiùs petere ſe ut natalem patris Druſi celebrarent, quòd idem eſſet, & avi ſui Antonii. Tiberio marmoreum arcum juxta Pompeii theatrum, decretum

festerces (1). C'est le premier des Césars qui ait donné cet exemple d'acheter avec de l'argent la fidélité des légions.

Affermi sur le trône, il n'eut rien de plus pressé que d'ensevelir dans l'oubli tout ce qui s'étoit passé pendant les deux jours où l'on avoit délibéré sur l'état de la République ; il publia à ce sujet une amnistie générale, se contentant de punir quelques Tribuns militaires & quelques Centurions qui avoient trempé dans la conjuration contre Caius, tant pour l'exemple, que parcequ'il savoit qu'ils avoient aussi demandé sa mort. Il donna beaucoup de marques de piété envers ses proches. Son serment le plus fréquent & le plus saint étoit *Par le nom d'Auguste*. Il fit décerner à son aïeule Livie des honneurs divins & un char attelé d'éléphants dans les jeux du cirque, comme celui d'Auguste ; à ses parents, des cérémonies funebres, & de plus des jeux annuels dans le cirque en l'honneur de son pere ; un char à sa mere, qui devoit être traîné dans les jeux du cirque, & le surnom d'*Augusta* qu'avoit refusé Livie. Saisissant toutes les occasions d'honorer la mémoire de son frere, il fit jouer en son honneur des comédies grecques à Naples, & couronna celle que les juges trouverent la meilleure. Il donna même des marques de sa reconnoissance & de son ressouvenir à Marc Antoine, témoignant par un édit qu'il souhaitoit d'autant plus que l'on célébrât l'anniversaire de la naissance de Drusus, que c'étoit le même que celui de son aïeul Antoine. Il acheva un arc de triomphe en marbre que le Sénat avoit voulu faire élever à Tibere auprès du théâtre

(1) Mille écus de notre monnoie.

quidem olim a ſenatu, verùm omiſſum, peregit. Caii quoque etſi acta omnia reſcidit, diem tamen necis, quamvis exordium principatûs ſui, vetuit inter feſtos referri.

XII. At in ſemet augendo parcus atque civilis, prænomine imperatoris abſtinuit, nimios honores recuſavit, ſponſalia filiæ natalemque geniti nepotis ſilentio, ac tantùm domeſticâ religione, tranſegit. Neminem exſulum, niſi ex ſenatûs auctoritate, reſtituit: ut ſibi in curiam præfectum prætorii, tribunoſque militum ſecum inducere liceret; utque rata eſſent quæ procuratores ſui in judicando ſtatuerent, precariò exegit. Jus nundinarum in privata prædia a conſulibus petiit: cognitionibus magiſtratuum, ut unus e conſiliariis frequenter interfuit. Eoſdem ſpectacula edentes, ſurgens & ipſe cum cetera turba, voce ac manu veneratus eſt. Tribunis plebis adeuntibus ſe pro tribunali excuſavit, quòd propter anguſtias non poſſet audire eos niſi ſtantes. Quare in brevi ſpatio tantùm amoris favoriſque collegit, ut cùm profectum eum Oſtiam periiſſe ex inſidiis nuntiatum eſſet, magnâ conſternatione populus, & militem quaſi proditorem, & ſenatum quaſi parricidam, diris exſecrationibus inceſſere non ante deſtiterit, quàm unus atque alter, & mox plures a magiſtratibus in Roſtra producti, ſalvum & appropinquare confirmarent.

de Pompée, & qu'il avoit négligé d'exécuter. Il caſſa tous les actes de Caius; mais il défendit de mettre au nombre des jours de fête le jour de ſa mort, quoique ce fût le premier de ſon regne. Très modéré ſur les honneurs, il s'abſtint de porter le prénom d'Empereur, & ſe refuſa aux décrets flatteurs du Sénat. Il paſſa ſous ſilence & ne célébra que dans ſa maiſon le jour des fiançailles de ſa fille & de la naiſſance de ſon petit-fils. Il ne rappella aucun exilé que de l'avis du Sénat. Il demanda comme une grace qu'il lui fût permis d'y faire entrer le Préfet du prétoire & les Tribuns militaires, & qu'on ratifiât les jugements que prononceroient ceux qu'il chargeroit de juger pour lui. Il demanda aux Conſuls le droit de foire (1) pour quelques particuliers. Il aſſiſtoit aux procédures & prenoit rang parmi les juges. Quand les magiſtrats entroient au ſpectacle, il ſe levoit comme les autres & les ſaluoit de la voix & du geſte. Il s'excuſa auprès des Tribuns du peuple qui l'abordoient dans ſon tribunal, d'être obligé de les laiſſer parler debout, parceque la place lui manquoit pour les faire aſſeoir. Auſſi ſe fit-il aimer en peu de tems au point que le bruit s'étant répandu que dans un voyage à Oſtie on l'avoit fait périr par trahiſon, le peuple conſterné accabla de malédictions les ſoldats & le Sénat, qu'il appelloit traîtres & parricides, juſqu'à ce que les magiſtrats montant dans la tribune aux harangues aſſurerent que Claude vivoit & qu'il approchoit.

---

(1) Des Citoyens demandoient quelquefois qu'il leur fût permis d'indiquer des foires dans leurs maiſons de campagne. Voyez Pline dans ſes lettres.

XIII. Nec tamen expers insidiarum usquequaque permansit, sed & a singulis, & per factionem, & denique civili bello infestatus est. E plebe homo nocte mediâ juxta cubiculum ejus cum pugione deprehensus est: reperti & equestris ordinis duo in publico cum dolone ac venatorio cultro præstolantes, alter ut egressum theatro, alter ut sacrificantem apud Martis ædem adoriretur. Conspiraverant autem ad res novas Gallus Asinius & Statilius Corvinus, Pollionis ac Messalæ oratorum nepotes, assumptis compluribus libertis ipsius atque servis. Bellum civile movit Furius Camillus Scribonianus Dalmatiæ legatus: verùm intra quintum diem oppressus est, legionibus, quæ sacramentum mutaverant, in pœnitentiam religione conversis, postquam denuntiato ad novum imperatorem itinere, casu quodam, an divinitùs, neque aquilæ ornari, neque signa convelli moverique potuerunt.

XIV. Consulatus super pristinum quatuor gessit: ex quibùs duos primos junctim; sequentes per intervallum, quarto quemque anno; semestrem novissimum; bimestres ceteros, tertium autem, novo circa principem exemplo, in locum demortui suffectus. Jus & consul & extra honorem laboriosissimè dixit, etiam suis suorumque diebus solennibus, nonnunquam festis quoque antiquitus, & religiosis. Nec semper præ-

ll

Il ne fut pourtant pas à l'abri de toute embuche; il eut à craindre des entreprises particulieres, des séditions, & enfin la guerre civile. Un homme du peuple fut trouvé la nuit auprès de son lit avec un poignard. On arrêta deux Chevaliers armés d'un couteau de chasse qui l'attendoient pour le tuer, l'un à la sortie du théâtre, l'autre dans le temple de Mars. Asinius Gallus & Statilius Corvinus, descendants des orateurs Pollion & Messalla, tenterent une révolution à l'aide d'un grand nombre d'esclaves & d'affranchis qu'ils avoient rassemblés. Furius Camillus Scribonianus commandant en Dalmatie, voulut exciter une guerre civile; mais elle fut étouffée en cinq jours par un scrupule religieux, les légions qui s'étoient données à lui s'en étant repenties aussitôt, parcequ'elles n'avoient jamais pu arracher les enseignes & préparer les aigles pour aller rejoindre leur nouvel Empereur.

Il fut quatre fois Consul dans le cours de son regne; d'abord deux fois de suite, puis à quatre ans d'intervalle, la derniere fois pendant six mois, les autres pendant trois. A son troisieme consulat, il remplaça un Consul mort, ce qu'aucun Empereur n'avoit encore fait. Mais, soit qu'il fût Consul ou qu'il ne le fût pas, il rendit toujours la justice avec beaucoup d'application, même les jours de fêtes ou publiques ou domestiques. Il ne s'en tenoit pas toujours aux termes de la loi; il la rendoit plus douce ou plus sévere, selon l'é-

ſcripta legum ſecutus, duritiam lenitatemve multarum, ex bono & æquo perinde ut afficeretur, moderatus eſt. Nam & iis qui apud privatos judices plus petendo formulâ excidiſſent, reſtituit actiones: & in majore fraude convictos, legitimam pœnam ſupergreſſus, ad beſtias condemnavit.

XV. In cognoſcendo autem ac decernendo, mirâ varietate animi fuit, modò circumſpectus & ſagax, modò inconſultus ac præceps: nonnunquam frivolus amentique ſimilis. Cùm decurias rerum actu expungeret, eum qui, diſſimulatâ vacatione quam beneficio liberorum habebat, reſponderat, ut cupidum judicandi dimiſit: alium interpellatum ab adverſariis de propria lite, negantemque cognitionis rem, ſed ordinarii juris eſſe, agere cauſam confeſtim apud ſe coegit, proprio negotio documentum daturum, quàm æquus judex in alieno negotio futurus eſſet. Feminam non agnoſcentem filium ſuum, dubiâ utrimque argumentorum fide, ad confeſſionem compulit, indicto matrimonio juvenis. Abſentibus ſecundùm præſentes facillimè dabat, nullo delectu, culpâne quis an aliquâ neceſſitate ceſſaſſet. Proclamante quodam, præcidendas falſario manus, carnificem ſtatim acciri cum machæra menſaque lanionia flagitavit. Peregrinitatis reum, ortâ inter advocatos levi contentione, togatumne an

quité naturelle. Il rétablit dans leurs droits de demande ceux qui en étoient déchus pour avoir manqué aux formes en répétant plus qu'il ne leur étoit dû, & condamna aux bêtes ceux qui étoient convaincus d'une fraude plus marquée, & que la loi punissoit avec moins de rigueur.

Cependant il ne parut pas toujours le même dans ses jugements : il étoit tantôt pénétrant & circonspect, tantôt imprudent & emporté, quelquefois léger & même extravagant. Comme il faisoit l'appel des Chevaliers qui devoient être de service pour les tribunaux, il y en eut un qui ne profita point de l'excuse légale que lui donnoit le nombre de ses enfants (1); Claude le renvoya, comme ayant trop envie de juger. Dans ce même appel, un autre, sommé par ses adversaires de se défendre devant l'Empereur, prétendit que ce n'étoit pas là le moment, & que son procès regardoit les juges ordinaires : Claude l'obligea de plaider sa cause sur le champ, afin qu'il fît voir dans une affaire qui lui étoit propre, ce qu'il auroit d'équité dans les affaires d'autrui. Une mere refusoit de reconnoître son fils, & les preuves étoient équivoques des deux côtés : Claude ordonna à la femme d'épouser le jeune homme, & l'obligea ainsi de s'avouer sa mere. Il donnoit facilement raison contre les absents, sans avoir aucun égard aux excuses qu'ils pouvoient donner de leur absence. Quelqu'un s'écria dans une plaidoierie, qu'il falloit couper les deux mains à un faussaire : il fit venir sur le champ le bourreau

(1) Ceci a rapport à une loi d'Auguste qui exemptoit des fonctions de Juge ceux des Chevaliers qui auroient trois enfants.

palliatum dicere causam oporteret, quasi æquitatem integram ostentans, mutare habitum sæpius, & prout accusaretur defenderetur ve, jussit. De quodam etiam negotio ita ex tabella pronuntiasse creditur: secundùm eos se sentire qui vera proposuissent. Propter quæ usque eò eviluit, ut passim ac propalam contemptui esset. Excusans quidam testem e provincia ab eo vocatum, negavit præstò esse posse: dissimulatâ diu causâ, ac post longas demùm interrogationes, Mortuus est, inquit: puto licuit. Alius gratias agens qùòd reum defendi pateretur, adjecit: Et tamen fieri solet. Illud quoque a majoribus natu audiebam, adeo causidicos patientiâ ejus solitos abuti, ut descendentem e tribunali non solùm voce revocarent, sed & laciniâ togæ retentâ, interdum pede apprehenso retinerent. Ac ne cui hæc mira sint, litigatori Græculo vox in altercatione excidit: Καὶ σὺ γέρων εἶ, καὶ μωρός. Equitem quidem Romanum obscœnitatis in feminas reum, sed falsò, & ab impotentibus inimicis confictо crimine, satis constat, cum scorta meritória citari adversùs se, & audiri pro testimonio videret, graphium & libellos, quos tenebat in manu, ita cum magna stultitiæ & sævitiæ exprobratione jecisse in faciem ejus, ut genam non leviter perstrinxerit.

XVI. Gessit & censuram intermissam diu post Paullum Plancumque censores: sed hanc quoque

avec les instruments du supplice. On contestoit à un homme la qualité de citoyen, & les Avocats disputoient pour savoir si cet homme devoit plaider en toge Romaine ou en manteau Grec; l'Empereur, pour montrer une impartialité entiere, le fit changer plusieurs fois d'habit selon la tournure plus ou moins favorable que prenoit l'accusation ou la défense. Dans la discussion d'une affaire juridique, il écrivit qu'il étoit de l'avis de ceux qui avoient raison : cette conduite l'exposa au mépris public. Un citoyen s'excusoit devant lui sur la difficulté de faire venir un témoin de province; & après l'avoir fait attendre long-tems il finit par dire : *Il est mort, & je crois que cela lui est bien permis*. Un autre le remerciant de ce qu'il permettoit qu'un accusé se défendît, ajouta, *quoiqu'il n'y ait rien que de fort ordinaire* J'ai oui dire à des vieillards, que des Avocats abusoient de sa patience au point de le rappeller quand il descendoit de son tribunal, & de le retenir par sa robe ou par le pied; ce qui ne doit pas paroître étonnant, puisqu'un Grec osa lui dire un jour en plaidant : *Et toi aussi, tu es vieux & imbécille*. Un Chevalier Romain fort débauché, mais poursuivi injustement par la haine de ses ennemis, se voyant confronter en justice des femmes prostituées, reprocha à Claude sa cruauté & sa bêtise, & lui jetta au visage un poinçon & des tablettes qu'il tenoit à la main, & dont il lui blessa la joue.

Claude géra la censure qui n'avoit point été

inæqualiter, varioque & animo & eventu. Recognitione equitum juvenem probri plenum, sed quem pater probatissimum sibi affirmabat, sine ignominia dimisit, habere dicens censorem suum. Alium corruptelis adulteriisque famosum, nihil ampliùs quam monuit, ut aut parciùs ætatulæ indulgeret, aut certè cautiùs: addiditque, Quare enim ego scio quam amicam habeas? Et cum orantibus familiaribus dempsisset cuidam appositam notam, Litura tamen, inquit, exstet. Splendidum virum, Græciæque provinciæ principem, verum Latini sermonis ignarum, non modò albo judicum erasit, sed etiam in peregrinitatem redegit. Nec quemquam nisi sua voce, utcumque quis posset, ac sine patrono, rationem vitæ passus est reddere. Notavitque multos, & quosdam inopinantes, & ex causa novi generis, quòd se inscio ac sine commeatu Italiâ excessissent: quemdam verò & quod comes regis in provincia fuisset, referens, majorum temporibus, Rabirio Postumo, Ptolemæum Alexandriam crediti servandi causâ secuto, majestatis crimen apud judices motum. Plures notare conatus, magnâ inquisitorum negligentiâ, sed suo majore dedecore, innoxios fere reperit, quibuscumque cælibatum, aut orbitatem, aut egestatem objiceret, maritos, patres, opulentos se probantibus; eo quidem, qui sibimet vim ferro intulisse ar-

exercée depuis Paulus & Plancus : il y fit voir la même inégalité de conduite que dans tout le reste. Dans la revue des Chevaliers, il ne nota point d'infamie un jeune homme déshonoré, mais dont le pere disoit être très content : *Il a*, dit-il, *son pere pour censeur.* Il avertit très doucement un autre Chevalier connu par ses débauches, de s'y livrer avec plus de modération, ou du moins avec plus de discrétion ; & il ajouta : *Pourquoi faut-il que je sache le nom de votre maîtresse ?* Il réhabilita, à la priere de ses amis, quelqu'un qu'il avoit dégradé : *Je veux cependant*, dit-il, *que la note subsiste.* Il raya du nombre des juges un des plus illustres citoyens d'une province Grecque, qui ne savoit pas le Latin, & le remit dans la classe des étrangers. Il ne souffrit pas qu'aucun Chevalier prît un défenseur pour rendre compte de sa conduite : il voulut que chacun d'eux prît cette peine, comme il le pourroit. Il nota plusieurs personnes qui ne s'y attendoient point, & pour des causes assez singulieres, par exemple, pour être sorties de l'Italie à son insu & sans passeport, pour avoir accompagné un Roi dans ses États : il citoit l'exemple de Rabirius Postumus, autrefois accusé de crime capital pour avoir suivi à Alexandrie le Roi Ptolomée son débiteur. Il vouloit en noter un plus grand nombre ; mais, par la négligence des examinateurs, il eut l'affront de trouver innocents tous ceux qu'il vouloit trouver coupables : ceux à qui il reprochoit ou le célibat, ou la stérilité de leurs femmes, ou le défaut de biens, se trouverent maris, peres & riches : il y en eut même un que l'on accusa d'avoir attenté sur lui-même & de s'être blessé ; il ôta ses habits & fit voir qu'il n'avoit aucune blessure. On remarqua aussi, entre

guebatur, illæſum corpus veſte depoſitâ oſtentante. Fuerunt & illa in cenſura ejus notabilia, quod eſſedum argenteum ſumptuosè fabricatum, ac venale ad Sigillaria, redimi concidique coram imperavit: quodque uno die viginti edicta propoſuit; inter quæ duo, quorum altero admonebat ut uberi vinearum proventu bene dolia picarentur: altero, nihil æque facere ad viperæ morſum quàm taxi arboris ſuccum.

XVII. Expeditionem unam omninò ſuſcepit, eamque modicam, cum decretis ſibi a ſenatu ornamentis triumphalibus leviorem majeſtate principali titulum arbitraretur, velletque juſti triumphi decus, unde acquireret, Britanniam potiſſimùm elegit, neque tentatam ulli poſt divum Julium, & tunc tumultuantem ob non redditos transfugas. Hùc cùm ab Oſtia navigaret, vehementi circio bis pene demerſus eſt prope Liguriam, juxtaque Stœchadas inſulas. Quare a Maſſilia Geſſoriacum uſque pedeſtri itinere confecto, inde tranſmiſit: ac ſine ullo prælio aut ſanguine, intrà pauciſſimos dies, parte inſulæ in deditionem receptâ, ſexto quàm profectus erat menſe Romam rediit, triumphavitque maximo apparatu. Ad cujus ſpectaculum commeare in urbem non ſolùm præſidibus provinciarum permiſit, verùm etiam exſulibus quibuſdam: atque inter hoſtilia ſpolia, nava-

autres actes extraordinaires de sa censure, qu'il fit acheter & mettre en pieces un chariot d'argent d'une construction magnifique, mis en vente dans un quartier de Rome nommé *les Statues*; que, dans un seul jour, il publia vingt édits, parmi lesquels il y en avoit un qui avertissoit que les tonneaux fussent bien enduits de poix, parcequ'il y auroit beaucoup de vin dans l'année, & un autre qui indiquoit le suc des ifs comme un remede souverain contre la morsure de vipere.

Il ne fit qu'une seule expédition militaire, & elle ne fut pas considérable. Le Sénat lui avoit décerné les ornements triomphaux; mais, ne trouvant pas que ce fût une assez grande décoration pour la majesté de son rang, il voulut un triomphe complet, & choisit pour le champ de ses exploits l'Angleterre alors mécontente des Romains à l'occasion de quelques transfuges qu'on n'avoit pas rendus, & qui d'ailleurs n'avoit pas été attaquée depuis Jules César. Il s'embarqua à Ostie; mais un vent violent pensa le faire périr deux fois auprès des isles Stécades (1), vers les bords de Ligurie. Il aborda à Marseille, & alla par terre jusqu'à Gessoriac (2). En peu de jours il s'empara, sans combat & sans effusion de sang, d'une partie de l'isle; revint à Rome six mois après son départ, & triompha avec le plus grand appareil. Il permit aux Gouverneurs de provin-

(1) Trois petites isles qui sont vis-à-vis de Marseille.
(2) Aujourd'hui Calais.

lem coronam faſtigio Palatinæ domus juxta civicam fixit, trajecti & quaſi domiti Oceani inſigne. Currum ejus Meſſalina uxor carpento ſecuta eſt : ſecuti & triumphalia ornamenta eodem bello adepti, ſed ceteri pedibus & in prætexta, Craſſus Frugi equo phalerato & in veſte palmata, quod eum honorem iteraverat.

XVIII. Urbis annonæque curam ſollicitiſſimè ſemper egit. Cùm Æmiliana pertinacius arderent, in diribitorio duabus noctibus manſit : ac deficiente militum ac familiarum turba, auxilio plebem per magiſtratus ex omnibus vicis convocavit : ac poſitis ante ſe cum pecunia fiſcis, ad ſubveniendum hortatus eſt, repræſentans pro opera dignam cuique mercedem. Arctiore autem annonâ ob aſſiduas ſterilitates detentus quondam medio foro a turba, convitiiſque ac ſimul fragminibus panis ita inſtratus, ut ægre nec niſi poſtico evadere in Palatium valuerit, nihil non excogitavit ad invehendos etiam in tempore hiberno commeatus.

XIX. Nam & negotiatoribus certa lucra propoſuit, ſuſcepto in ſe damno ſi cui quid per tempeſtates accidiſſet : & naves mercaturæ causâ fabricantibus magna commoda conſtituit : pro con-

---

(1) Apparemment pour lui faire voir à quel point il étoit mauvais.

ces, & même à quelques exilés, de venir à Rome pour voir ce ſpectacle, & plaça ſur le faîte du palais des Céſars une couronne navale à côté de la couronne civique, comme un monument de ſa victoire ſur l'Océan. Sa femme Meſſaline ſuivit dans un chariot le char triomphal du vainqueur: pluſieurs Romains, qui avoient mérité dans cette guerre les ornements du triomphe, marchoient à pied, couverts d'une robe prétexte; & ſeul d'entr'eux Craſſus Frugi montoit un cheval caparaçoné & avoit la robe de triomphe ornée de palmes, parceque c'étoit la ſeconde fois qu'on lui avoit décerné les récompenſes militaires.

Claude s'occupa avec une extrême attention du ſoin d'approviſionner la ville & de ſa ſureté. Dans l'incendie du quartier Emilien, comme le feu ne s'éteignoit pas facilement, il paſſa deux nuits dans une place, & les ſoldats & les eſclaves manquant de force, il fit venir par le miniſtere des magiſtrats le peuple de tous les quartiers de Rome pour remplacer les ſoldats & travailler devant lui; il s'étoit fait apporter des caiſſes remplies d'argent pour récompenſer ceux qui ſignaleroient leur activité. Les vivres manquant à Rome après pluſieurs années de ſtérilité, il ſe vit arrêter dans la place publique par la foule du peuple qui l'accabloit d'injures & lui jettoit des morceaux de pain (1), enſorte qu'il eut beaucoup de peine à ſe ſauver dans ſon palais. Depuis ce tems il ne négligea rien pour faire venir des vivres à Rome, même en hiver: il propoſa des gains conſidérables aux Entrepreneurs en cette partie; il prit les pertes ſur lui, & aſſura de grands privileges à ceux qui conſtruiroient des vaiſſeaux pour le tranſport des bleds. Il régla, ſuivant la

ditione cujuſque civibus vacationem legis Papiæ Poppææ : Latinis jus Quiritum : feminis jus quatuor liberorum : quæ conſtituta hodie ſervantur.

XX. Opera magna potius quàm neceſſaria, quàm multa perfecit : ſed vel præcipua, aquæductum a Caio inchoatum : item emiſſarium Fucini lacus, portumque Oſtienſem : quamquam ſciret ex his alterum ab Auguſto precantibus aſſiduè Marſis negatum, alterum a divo Julio ſæpius deſtinatum, ac propter difficultatem omiſſum : Claudiæ aquæ gelidos & uberes fontes, quorum alteri Cæruleo, alteri Albuneo nomen eſt : ſimulque rivum Anienis novo lapideo opere in urbem perduxit, diviſitque in plurimos & ornatiſſimos lacus. Fucinum aggreſſus eſt, non minus compendii ſpe quam gloriæ, cùm quidam privato ſumptu emiſſuros ſe repromitterent, ſi ſibi ſiccati agri concederentur. Per tria autem paſſuum millia, partim effoſſo monte, partim exciſo, canalem abſolvit ægre, & poſt undecim annos, quamvis continuis triginta hominum millibus ſine intermiſſione operantibus. Portum Oſtiæ exſtruxit, circumducto dextrâ ſiniſtrâque brachio, & ad introitum profundo jam ſolo mole objectâ : quàm quo ſtabilius fundaret, navem ante demerſit, quâ magnus obeliſcus ex Ægypto fuerat advectus, congeſtiſque pilis ſuperpoſuit altiſſimam turrim in exemplum Alexandrini Pha-

condition de chaque citoyen, les dérogations à la loi Papia-Poppéa (1), le droit de bourgeoisie accordé aux Latins, les privileges des femmes qui avoient fait quatre enfants, & toutes ces constitutions subsistent encore aujourd'hui. Il acheva peu de monuments publics, & ils étoient plutôt grands que nécessaires, l'aquéduc commencé par Caius, l'issue du lac Fucin & le port d'Ostie : il savoit qu'Auguste avoit refusé obstinément le dernier de ces ouvrages aux Marses qui le demandoient, & que Jules César avoit été obligé de renoncer à l'autre. Il conduisit à Rome l'eau nommée de son nom Claudia, fournie par deux sources appellées l'une *la source verte*, & l'autre *l'albunée*, & les eaux du Teveron portées dans des canaux de pierre & distribuées dans de très beaux réservoirs. A l'égard de l'issue du lac Fucin, il vit à l'entreprendre autant de profit que de gloire, plusieurs particuliers s'étant chargés des frais à condition qu'on leur donneroit les campagnes qui resteroient à sec quand les eaux seroient retirées : le canal fut achevé avec beaucoup de peine, & creusé l'espace de trois mille pas au travers d'une montagne dont il fallut excaver une partie & faire sauter l'autre. L'ouvrage dura onze ans, quoique trente mille hommes y travaillassent sans relâche. Il bâtit un port à Ostie en construisant un môle qui s'étendoit à droite & à gauche, & une digue à l'entrée établie sur un vaisseau qui avoit apporté d'Egypte un obélisque immense, & qu'on avoit fait enfoncer : sur cette digue s'élevoit une tour

(1) Loi qui régloit le tems des mariages, le nombre des enfants & beaucoup d'autres articles semblables.

ri, ut ad nocturnos ignes cursum navigia dirigerent. Congiaria populo sæpius distribuit.

XXI. Spectacula quoque complura magnificaque edidit, non usitata modo, ac solitis locis, sed & commentitia, & ex antiquitate repetita, & ubi præterea nemo ante eum. Ludos dedicationis Pompeiani theatri, quod ambustum restituerat, e tribunali posito in orchestra commisit, cùm prius apud superiores ædes supplicasset, perque mediam caveam sedentibus ac silentibus cunctis, descendisset. Fecit & sæculares, quasi anticipatos ab Augusto, nec legitimo tempori reservatos: quamvis ipse in historiis suis prodat, intermissos eos Augustum multò post, diligentissimè annorum ratione subductâ, in ordinem redegisse. Quare vox præconis irrisa est, invitantis more solenni ad ludos, quos nec spectasset quisquam, nec spectaturus esset: cùm superessent adhuc qui spectaverant, & quidam histrionum producti olim tunc quoque producerentur. Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnunquam interjectâ per quinos missus venatione. Circo verò maximo marmoreis carceribus, auratisque metis, quæ utraque & tophina ac lignea antea fuerant, exculto, propria senatoribus constituit loca, promiscuè spectare solitis. Ac super quadrigarum certamina, Trojæ lusum exhibuit, & Africanas conficiente turmâ equitum præto-

très haute ſemblable au phare d'Alexandrie pour éclairer les vaiſſeaux pendant la nuit.

Il diſtribua pluſieurs gratifications au peuple, & donna des ſpectacles en grand nombre & avec magnificence; il ne s'en tint pas à l'appareil ordinaire & aux lieux preſcrits; il inventa des jeux nouveaux & en fit revivre d'anciens dans de nouveaux emplacements. Lorſqu'il célébra la dédicace du théâtre de Pompée qui avoit été brûlé & qu'il avoit rétabli, il ſe fit mettre un tribunal dans l'orcheſtre pour donner de-là le ſignal des jeux: il avoit auparavant fait un ſacrifice dans un lieu plus élevé, & étoit venu prendre ſa place en traverſant toute l'aſſemblée aſſiſe & en ſilence. Il ſolemniſa les jeux ſéculaires dont il prétendit qu'Auguſte avoit avancé l'époque, quoiqu'il ait dit lui-même dans ſes mémoires qu'Auguſte les avoit placés dans le tems préfix après un calcul très exact des années où ils avoient été interrompus: auſſi l'on ſe moqua de l'annonce du crieur public lorſqu'il invita tous les citoyens avec la formule uſitée à des jeux qu'aucun d'eux n'avoit vus & qu'aucun ne reverroit; il y avoit encore beaucoup de ſpectateurs des derniers que l'on avoit célébrés & même encore quelques acteurs. Il fit faire ſouvent les courſes du cirque ſur la montagne du Vatican, & plaça des combats de bêtes pour intermede entre les courſes. Il orna le grand cirque de barrieres de marbre & de bornes dorées; elles étoient auparavant de pierres ou de bois; il aſſigna des places aux Sénateurs qui avant lui n'en avoient pas de marquées. Il joignit les évolutions troyennes aux combats de charriots, & la cavalerie prétorienne commandée par ſes Tribuns & par le Préfet lui-même combattit contre des monſtres

rianorum, ducibus tribunis, ipsoque præfecto: præterea Thessalos equites, qui feros tauros per spatia Circi agunt, insiliuntque defessos, & ad terram cornibus detrahunt. Gladiatoria munera plurifariam ac multiplicia exhibuit. Anniversarium in castris prætorianis sine venatione apparatuque, justum atque legitimum in Septis, ibidem extraordinarium & breve, dierumque paucorum, quodque appellare cœpit Sportulam: quia primùm daturus edixerat, velut ad subitam condictamque cœnulam invitare se populum. Nec ullo spectaculi genere communior aut remissior erat, adeo ut oblatos victoribus aureos prolatâ sinistrâ, pariter cùm vulgo, voce digitisque numeraret: ac sæpe hortando rogandoque ad hilaritatem homines provocaret, dominos identidem appellans, immistis interdum frigidis & accersitis jocis. Qualis est cum Palumbum postulantibus, daturum se promisit, si captus esset. Illud quoque planè quantumvis salubriter & in tempore, cum essedario, pro quo quatuor filii deprecabantur, magno omnium favore indulsisset rudem, tabulam illico misit, admonens populum quantopere liberos suscipere deberet, quos videret & gladiatori præsidio gratiæque esse. Edidit & in Martio campo expugnationem direptionemque oppidi ad imaginem bellicam, & deditionem Britanniæ regum, præseditque

d'Afrique.

d'Afrique. On vit auſſi des cavaliers Theſſaliens pourſuivre dans le cirque des taureaux fougueux, leur ſauter ſur le dos après les avoir fatigués, & les terraſſer en les ſaiſiſſant par les cornes. Il multiplia les ſpectacles de gladiateurs. Il en donna un annuel dans le camp des Prétoriens ſans appareil & ſans combat de bêtes, un autre dans le champ de Mars dans la forme accoutumée, & un extraordinaire & de peu de jours qu'il appelloit *la ration* (1), parcequ'en l'annonçant il avoit dit qu'il invitoit le peuple à un petit repas ſans cérémonie. Il ne parut pas moins ſérieuſement occupé de tous les autres genres de ſpectacles. On le voyoit en public compter par ſes doigts les pieces d'or diſtribuées aux vainqueurs, exciter lui-même tous les citoyens à la joie & à la gaiété, les appellant ſes maîtres, & plaiſantant quelquefois avec eux aſſez mal adroitement. Par exemple comme on demandoit un gladiateur nommé *Palumbus* (2), il répondit, en jouant ſur le mot, *oui, s'il eſt pris :* ayant accordé à un autre gladiateur le congé que demandoient pour lui ſes quatre fils, & voyant que tout le monde s'intéreſſoit à cette grace, il fit courir des billets dans leſquels il repréſentoit au peuple combien il y avoit à gagner à faire des enfants, puiſqu'on en ſavoit tant de gré même à un gladiateur; ce qui après tout n'étoit pas ſi déplacé dans ce tems & dans nos mœurs. Il fit repréſenter dans le champ de Mars la priſe & le pillage d'une ville, & la ſoumiſſion des

(1) C'eſt ainſi qu'on appelloit l'eſpece de deſſerte que les citoyens riches faiſoient prendre ſur leurs tables, & donnoient à leurs clients.

(2) Ce qui ſignifie pigeon ramier.

paludatus. Quin & emiſſurus Fucinum lacum, naumachiam ante commiſit. Sed cum proclamantibus naumachiariis, *Ave, Imperator, morituri te ſalutant*, reſpondiſſet, *Avete vos;* neque poſt hanc vocem, quaſi veniâ datâ, quiſquam dimicare vellet, diu cunctatus an omnes igni ferroque abſumeret, tandem e ſede ſua proſiluit, ac per ambitum lacus, non ſine fœdâ vacillatione diſcurrens, partim minando partim adhortando ad pugnam compulit. Hoc ſpectaculo claſſis Sicula & Rhodia concurrerunt, duodenarum triremium ſingulæ, exciente buccinâ Tritone argenteo, qui e medio lacu per machinam emerſerat.

XXII. Quædam circa ceremonias, civilemque & militarem morem, item circa omnium ordinum ſtatum, domi foriſque, aut correxit, aut exoleta revocavit, aut etiam nova inſtituit. In cooptandis per collegia ſacerdotibus, neminem niſi juratus nominavit: obſervavitque ſedulo, ut quoties terra in Urbe moviſſet, ferias advocata concione prætor indiceret; utque dirâ avi in Urbe aut in Capitolio viſâ, obſecratio haberetur, eamque ipſo jure maximi pontificis commonito pro Roſtris populo præiret, ſubmotâque operariorum ſervorumque turbâ.

XXIII. Rerum actum diviſum antea in hibernos æſtivoſque menſes conjunxit. Juriſdictionem de fidei commiſſis, quotannis & tantùm in

Rois d'Angleterre, & il y présida en habit guerrier. Avant que de donner une issue au lac Fucin, il y fit voir une naumachie (1). Les combattans lui ayant dit : Bonjour, notre Empereur, nous vous saluons avant que de mourir; & lui leur ayant répondu bonjour, aucun d'eux ne voulut plus combattre, prenant ce mot pour une parole de grace. Claude délibéra quelque tems s'il les feroit périr tous par le fer ou par le feu : enfin il se leva brusquement de sa place, & faisant le tour du lac d'un pas tremblant & ridicule, il les engagea à combattre moitié par menace, moitié par promesse. Douze galeres de Rhode & autant de Sicile, chacune à trois rangs de rames, se heurterent dans ce combat au bruit de la trompette qu'embouchoit un triton d'argent élevé sur le lac dans une machine.

Il réforma, établit ou innova beaucoup dans les cérémonies publiques, dans les mœurs civiles ou militaires & dans l'état de tous les ordres au-dedans & au-dehors de la ville : jamais il n'aggrégea un nouveau Membre au college des Pontifes, sans avoir prêté auparavant le serment. Toutes les fois qu'il y eut tremblement de terre, il fit indiquer des fêtes expiatoires par le Préteur devant le peuple assemblé; & lui-même, en qualité de souverain Pontife, montoit à la tribune aux harangues, & faisant retirer les esclaves & les manœuvres, il annonçoit au peuple des prieres publiques lorsqu'on avoit observé quelques prodiges funestes dans Rome ou dans le Capitole. Il voulut que les actions intentées en justice qui avoient auparavant des termes marqués en hiver

(1) Combat naval.

Urbe delegari magistratibus solitam, in perpetuum, atque etiam per provincias potestatibus, demandavit. Capiti Papiæ Popææ legis, a Tiberio Cæsare, quasi sexagenarii generare non possent, addito, obrogavit. Sanxit ut pupillis extra ordinem tutores a consulibus darentur, utque hi, quibus a magistratibus provinciæ interdicerentur, Urbe quoque & Italiâ submoverentur. Ipse quodam novo exemplo relegavit, ut ultra lapidem tertium vetaret egredi ab Urbe. De majore negotio acturus, in curia medius inter consulum sellas tribunitio subsellio sedebat. Commeatus a senatu peti solitos beneficii sui fecit.

XXIV. Ornamenta consularia etiam procuratoribus ducenariis indulsit. Senatoriam dignitatem recusantibus, equestrem quoque ademit. Latum clavum, quamvis initio affirmasset non lecturum senatorem, nisi civis Romani abnepotem, etiam libertini filio tribuit: sed sub conditione, si prius ab equite Romano adoptatus esset. Ac sic quoque reprehensionem verens, etiam Appium Cæcum generis sui proauctorem, censorem, libertinorum filios in senatum allegisse docuit: ignarus, temporibus Appii, & deinceps aliquamdiu libertinos dictos, non ipsos qui ma-

(1) Celle qu'Auguste ajouta, comme on l'a vu, aux trois décuries des Chevaliers, & qui étoit chargée de juger les causes peu considérables.

ou en été se poursuivissent également dans tous les tems. La connoissance des fideicommis auparavant attribuée aux magistrats de Rome comme une commission annuelle leur fut assurée à perpétuité, ainsi qu'aux Gouverneurs de provinces. Il cassa un article de la loi Papia ajouté par Tibere, qui supposoit que les sexagénaires ne pouvoient pas engendrer. Il établit que les Consuls donneroient extraordinairement des tuteurs aux mineurs, & que ceux qui seroient exilés par les Gouverneurs de provinces le seroient aussi de Rome & de l'Italie. Il imagina une assez singuliere espece de ban, en défendant à un citoyen de s'éloigner de Rome l'espace de plus de trois milles. Lorsqu'il y avoit à delibérer sur quelques affaires importantes, il siégeoit au Sénat dans une chaire de Tribun entre les deux Consuls. Il se réserva le droit de donner des passeports que le Sénat délivroit auparavant. Il accorda les ornements consulaires à la décurie (1) des *deux cents*. Il ôta la qualité de Chevalier à ceux d'entr'eux qui refuserent celle de Sénateur. Il donna le laticlave au fils d'un affranchi à condition qu'il se feroit adopter par un Chevalier Romain : il violoit en cela la promesse qu'il avoit faite de ne faire entrer personne dans le Sénat qui ne fût au moins l'arriére-neveu d'un citoyen Romain. Il est vrai que pour s'en excuser il rappella l'exemple d'Appius l'aveugle, l'un de ses ayeux, qui, étant Censeur, fit entrer dans le Sénat des fils d'affranchis. Mais il ignoroit que du tems d'Appius & même encore après lui on appelloit du nom d'affranchi (*Libertinus*) non-seulement ceux qui avoient reçu la liberté de leurs maîtres, mais les hommes libres nés d'affranchis. Le collége des Quef-

numitterentur, ſed ingenuos ex his procreatos. Collegio quæſtorum pro ſtratura viarum gladiatorum munus injunxit; detractâque Oſtienſi & Gallicâ provinciâ, curam ærarii Saturni reddidit, quam medio tempore prætores aut utique præturâ functi ſuſtinuerant. Triumphalia ornamenta Silano filiæ ſuæ ſponſo nondum puberi dedit. Majoribus verò natu, tam multis, tamque facile, ut epiſtola communi legionum nomine exſtiterit, petentium ut legatis conſularibus ſimul cum exercitu & triumphalia darentur, ne cauſam belli quoquo modo quærerent. Aulo Plautio etiam ovationem decrevit: ingreſſoque Urbem obviam progreſſus, & in Capitolium eunti & inde rurſus revertenti latus texit. Gabinio Secundo, Chaucis, gente Germanicâ, ſuperatis, Chaucici cognomen uſurpare conceſſit.

XXV. Equeſtres militias ita ordinavit, ut poſt cohortem, alam: poſt alam, tribunatum legionis daret: ſtipendiaque inſtituit & imaginariæ militiæ genus, quod vocatur Supra-numerum, quo abſentes & titulo tenus fungerentur. Milites domos ſenatorias ſalutandi causâ ingredi, etiam patrum decreto prohibuit. Libertinos, qui ſe pro equitibus Romanis agerent, publicavit. Ingratos & de quibus patroni quererentur, revocavit in ſervitutem: advocatiſque eorum negavit ſe adversùs libertos ipſorum jus dicturum.

teurs fut chargé de donner un ſpectacle de gladiateurs, au lieu de la réparation des chemins qui étoit une de leurs fonctions. Il leur ôta auſſi le gouvernement de la Gaule & d'Oſtie, & leur donna en dédommagement la garde du tréſor public du Temple de Saturne, confiée depuis Auguſte à des Préteurs en charge ou ſortis de charge. Il accorda les ornements triomphaux à Silanus ſon gendre, avant qu'il eût la robe virile; & en général il les prodigua tellement, qu'il reçut des légions en corps une requête qui le ſupplioit de décerner aux Proconſuls les ornements du triomphe en même tems qu'un gouvernement, afin qu'ils ne cherchaſſent pas des prétextes de guerres, à quelque prix que ce fût. Aulus Plautius eut même les honneurs de l'ovation, & Claude alla au-devant de lui, & ſe tint à ſes côtés lorſqu'il monta au Capitole & lorſqu'il en deſcendit. Gabinius Secundus ayant vaincu les Cauches, nation Germaine, eut la permiſſion de porter le ſurnom de Caucique.

Claude régla le ſervice de la Cavalerie, de maniere qu'après avoir commandé une cohorte on commandoit un eſcadron, & que de là on paſſoit au grade de Tribun légionnaire. Il établit auſſi une nouvelle paie pour des Surnuméraires, qui n'avoient qu'un titre & point de fonctions. Il fit défendre aux ſoldats par un Sénatus-conſulte d'entrer dans les maiſons des Sénateurs pour leur rendre viſite. Il fit vendre à l'encan des Affranchis qui ſe faiſoient paſſer pour des Chevaliers Romains. Il fit remettre en ſervitude ceux qui étoient ingrats & qui donnoient à leurs Maîtres des ſujets de plainte; & s'il ſe préſentoit des Avocats pour les défendre, il leur diſoit qu'en pareil cas il ne

Cum quidam ægra & affecta mancipia in insulam Æsculapii tædio medendi exponerent, omnes qui exponerentur, liberos esse sanxit, nec redire in ditionem domini, si convaluissent: quod si quis necare quem mallet quàm exponere, cædis crimine teneri. Viatores ne per Italiæ oppida, nisi aut pedibus, aut sellâ, aut lecticâ transirent, monuit edicto. Puteolis & Ostiæ singulas cohortes ad arcendos incendiorum casus collocavit. Peregrinæ conditionis homines vetuit usurpare Romana nomina dumtaxat gentilitia. Civitatem Romanam usurpantes in campo Esquilino securi percussit. Provincias Achaïam & Macedoniam, quas Tiberius ad curam suam transtulerat, senatui reddidit. Lyciis ob exitiabiles inter se discordias libertatem ademit; Rhodiis ob pœnitentiam veterum delictorum reddidit. Iliensibus, quasi Romanæ gentis auctoribus, tributa in perpetuum remisit, recitatâ vetere epistolâ Græcâ senatus populique Romani Seleuco regi amicitiam & societatem ita demùm pollicentis, si consanguineos suos Ilienses ab omni onere immunes præstitisset. Judæos impulsore Chresto assiduè tumultuantes Româ expulit. Germanorum legatis in orchestra sedere permisit, simplicitate eorum & fiduciâ motus, quod in popularia deducti, cum animadvertissent Parthos & Armenios sedentes in senatu, ad eadem loca sponte

ſeur rendroit pas juſtice contre leurs Affranchis. Quelques citoyens ayant fait expoſer leurs eſclaves malades dans l'Iſle d'Eſculape, pour s'épargner la peine de les guérir, il déclara que tous ceux qui ſeroient ainſi expoſés, ſeroient libres & n'appartiendroient plus à leurs Maîtres, en cas de guériſon ; & que ſi quelqu'un tuoit ſon eſclave au lieu de l'expoſer, il ſeroit tenu coupable de meurtre. Il enjoignit aux voyageurs, par un Edit exprès, de ne point paſſer par les villes d'Italie autrement qu'à pied ou en litiere. Il plaça à Pouzzoles & à Oſtie des cohortes pour porter des ſecours en cas d'incendie. Il défendit aux étrangers de prendre les noms des familles Romaines, & fit périr par la hache, auprès des Eſquilies, ceux qui uſurpoient le droit de bourgeoiſie. Il rendit au Sénat le département de l'Achaïe & de la Macédoine, que Tibere avoit pris pour lui. Il ôta la liberté aux Lyciens, dont les querelles inteſtines alloient cauſer la perte, & la rendit aux Rhodiens, qui paroiſſoient ſe repentir de leurs fautes paſſées. Il déclara les Troyens exempts pour jamais de tout tribut, comme étant les ancêtres des Romains, & fit la lecture d'une ancienne Lettre grecque écrite au nom du peuple & du Sénat au Roi Seleucus, par laquelle on lui promettoit amitié & alliance, à condition qu'il exempteroit de tout impôt les Troyens, que Rome regardoit comme ſes freres. Il chaſſa de la ville les Juifs qui excitoient des troubles à l'inſtigation d'un certain Chriſt (1). Il permit aux Députés des Germains de s'aſſeoir dans l'orcheſ-

(1) Cet Anacroniſme de Suétone prouve l'ignorance des Romains ſur ce qui regardoit les Chrétiens, qu'ils confondirent long-tems avec les Juifs.

transſierant, nihilo deteriorem virtutem aut conditionem ſuam prædicantes. Druidarum religionem apud Gallos diræ immanitatis, & tantùm civibus ſub Auguſto interdictam penitùs abolevit : contrà, ſacra Eleuſina etiam transferre ex Attica Romam conatus eſt. Templum quoque in Sicilia Veneris Erycinæ vetuſtate collapſum, ut ex ærario populi Romani reficeretur, auctor fuit. Cum regibus fœdus in foro icit, porcâ cæsâ, ac vetere fecialium præfatione adhibitâ. Sed & hæc & cetera, totumque adeo ex parte magnâ principatum, non tam ſuo quàm uxorum libertorumque arbitrio adminiſtravit : talis utique plerumque, qualem eſſe eum aut expediret illis, aut liberet.

XXVI. Sponſas admodum adoleſcens duas habuit : Æmiliam Lepidam Auguſti proneptem : item Liviam Medullinam, cui & cognomen Camillæ erat, e genere antiquo dictatoris Camilli : priorem, quod parentes ejus Auguſtum offenderant, virginem adhuc repudiavit : poſteriorem, ipſo die qui erat nuptiis deſtinatus, ex valetudine amiſit. Uxores deinde duxit Plautiam Urgulanillam, triumphali, & mox Æliam Petinam, conſulari patre. Cum utraque divortium fecit : ſed cum Petina, ex levibus offenſis : cum Urgulanilla, ob libidinum probra & homicidii ſuſpicionem. Poſt has Valeriam Meſſalinam,

tre, ayant vu avec quelle ſimplicité & quelle confiance ces Envoyés, qu'on avoit fait placer parmi le peuple, étoient allés ſe mettre à côté des Ambaſſadeurs des Parthes & de l'Arménie aſſis parmi les Sénateurs, diſant qu'ils ne leur étoient inférieurs ni en qualité ni en courage. Il abolit entiérement les ſacrifices des Druides, ſi barbares chez les Gaulois, & qu'Auguſte n'avoit interdits qu'aux citoyens Romains : au contraire il s'efforça de faire paſſer à Rome les myſteres de Cérès Eleuſine. Il fut d'avis de relever, aux dépens du Tréſor public, le Temple de la Vénus du Mont Erix en Sicile, tombé de vétuſté. Il fit alliance avec des Rois, ſuivant les anciennes formules ; c'eſt-à-dire en immolant une truye dans la place publique, & faiſant réciter aux *Féciaux* (1) les ſerments accoutumés. Mais en général ſon régne fut abſolument ſubordonné aux volontés de ſes Femmes & de ſes Affranchis, & tel qu'il devoit être pour leur intérêt ou leur aggrandiſſement.

Il fut fiancé à deux femmes dans ſa jeuneſſe, à Emilia Lépida, petite niéce d'Auguſte, & à Levia Médullina, de l'ancienne famille du Dictateur Camille, & qui en avoit le ſurnom de Camilla. Il répudia la premiere encore vierge, parceque ſes parents avoient encouru la diſgrace d'Auguſte ; l'autre mourut de maladie le jour même qui étoit marqué pour ſes nôces. Il épouſa dans la ſuite Plautia Urgulanilla, dont le pere avoit triomphé ; puis Ælia Pétina, fille d'un Conſul. Il ſe ſépara de toutes deux par un divorce ; de l'une, pour d'aſſez légeres fautes, & de l'au-

(1) Eſpece d'Huiſſiers chargés d'annoncer la guerrre & la paix, & Miniſtres des cérémonies relatives au droit des gens.

Barbati Meſſalæ conſobrini ſui filiam in matrimonium accepit. Quàm cum comperiſſet ſuper cetera flagitia atque dedecora, Caio Silio etiam nupſiſſe, dote inter auſpices conſignatâ, ſupplicio affecit: confirmavitque pro concione apud prætorianos, quatenus ſibi matrimonia male cederent, permanſurum ſe in cælibatu: ac niſi permanſiſſet, non recuſaturum confodi manibus ipſorum. Nec durare valuit quin de conditionibus continuò tractaret, etiam de Petinæ, quàm olim exegerat, deque Lolliæ Paullinæ, quæ Caio Cæſari nupta fuerat. Verum illecebris Agrippinæ Germanici fratris ſui filiæ, per jus oſculi & blanditiarum occaſiones pellectus in amorem, ſubornavit proximo ſenatu qui cenſeret cogendum ſe ad ducendum eam uxorem, quaſi reipublicæ maxime intereſſet, dandamque ceteris veniam talium conjugiorum, quæ ad id tempus inceſta habebantur. Ac vix uno interpoſito die, confecit nuptias: non repertis qui ſequerentur exemplum, excepto libertino quodam, & altero primipilari, cujus officium nuptiarum & ipſe cum Aggripina celebravit.

XXVII. Liberos ex tribus uxoribus tulit: ex Urgulanilla Druſum & Claudiam: ex Petina Antoniam: ex Meſſalina Octaviam, & quem primo Germanicum, mox Britannicum cognominavit. Druſum Pompeiis impuberem amiſit, pyro per

tre, pour des débauches honteuſes, auxquelles ſe joignoit un ſoupçon de meurtre. Il prit enfin pour femme Meſſaline, fille de Meſſala Barbatus ſon couſin; mais inſtruit des affronts dont elle le couvroit, & du mariage qu'elle oſa contracter publiquement avec Caius Silius, en conſignant même une dot entre les mains des Prêtres, il la fit périr, & fit ſerment devant les ſoldats prétoriens de garder le célibat, puiſque le mariage lui réuſſiſſoit ſi mal, conſentant à mourir par leurs mains s'il violoit ſon ſerment : nonobſtant cette promeſſe il traita bientôt d'une nouvelle union avec cette même Pétina qu'il avoit chaſſée de ſon lit, & avec Lollia Paullina, qui avoit été femme de Caius; mais ſéduit & entraîné peu à peu par les careſſes de ſa niéce Agrippine, fille de Germanicus, & par le commerce de familiarité qu'autoriſoient les liens du ſang, il apoſta un Sénateur qui opina dans le Sénat à lui faire épouſer Agrippine, même malgré lui, pour l'intérêt de la République, & à permettre aux citoyens de pareils mariages, juſqu'alors réputés inceſtueux. Il épouſa Agrippine le lendemain; mais il ne ſe trouva perſonne qui ſuivît cet exemple, excepté un Affranchi & un Centurion, à qui il rendit des viſites de nôces avec Agrippine.

Il eut des enfants de trois de ſes femmes; d'Urgulanilla, Druſus & Claudia; de Pétina, Antonie; de Meſſaline, Octavie, & un fils appellé d'abord Germanicus & enſuite Britannicus. Druſus périt dans ſon enfance à Pompeia (1), s'étant étranglé avec une poire qu'il faiſoit ſauter en l'air

(1) Ville voiſine du Véſuve, qui fut depuis engloutie, & dont les ruines excitent encore la curioſité des Antiquaires.

lusum in sublime jactato, & hiatu oris excepto, strangulatum, cui & ante paucos dies filiam Sejani despondisset. Quo magis miror fuisse qui traderent, fraude a Sejano necatum. Claudiam ut liberto suo Botere conceptam, quamvis ante quintum mensem divortii natam, alique cœptam, exponi tamen ad matris januam & nudam jussit abjici. Antoniam Cneio Pompeio Magno, deinde Fausto Sullæ, nobilissimis juvenibus; Octaviam Neroni privigno suo collocavit, Silano ante desponsatam. Britannicum vigesimo imperii die, inque secundo consulatu natum sibi, parvulum etiam tùm, & militibus pro concione manibus suis gestans, & plebi per spectacula gremio aut ante se retinens, assiduè commendabat, faustisque ominibus cum acclamantium turbâ prosequebatur. E generis Neronem adoptavit: Pompeium atque Silanum non recusavit modò, sed & interemit.

XXVIII. Libertorum præcipuè suspexit Posidem spadonem, quem etiam Britannico triumpho inter militares viros hastâ purâ donavit; nec minus Felicem, quem cohortibus & alis, provinciæque Judææ præposuit, trium reginarum maritum; & Harpocram, cui lecticâ per Urbem vehendi, spectaculaque publicè edendi jus tribuit; ac super hos Polybium a studiis, qui sæpè inter duos consules ambulabat: sed ante omnes, Narcissum

& qu'il recevoit dans sa bouche. Il avoit été fiancé peu de jours auparavant à la fille de Séjan ; ce qui rend assez surprenant ce bruit que l'on fit courir, que Séjan étoit l'auteur de sa mort. Claude fit exposer Claudia devant la porte de sa mere, comme le fruit d'un commerce criminel avec l'affranchi Boter, quoiqu'elle fût née cinq mois après le divorce, & qu'il eût commencé à la nourrir. Il maria Antonie, d'abord à Cneius Pompée, & ensuite à Faustus Sylla, des premieres familles de Rome ; & à son beau-fils Néron Octavie, promise auparavant à Silanus. A l'égard de Britannicus, qui étoit né le vingtiéme jour de son regne & pendant son consulat, il ne cessoit de le recommander au peuple & aux soldats, le portant dans ses bras en leur présence, ou le tenant auprès de lui ou sur ses genoux au spectacle, & mêlant sa voix aux acclamations du peuple qui faisoit des vœux pour cet enfant. Il adopta Néron, l'un de ses gendres, & fit périr les deux autres, Pompée & Silanus.

Parmi ses affranchis, ceux qu'il éleva le plus haut furent l'Eunuque Posidès, qu'il honora d'une *pique sans fer* (1) dans son triomphe sur les Anglois ; Félix (2), à qui il donna plusieurs commandements militaires & le Gouvernement de Judée, & qui épousa trois Reines ; Harpocras, qui obtint de lui la permission d'aller par la ville en litiere, & de donner des spectacles (3) ; Polybe, son Sécretaire pour les belles lettres, qu'on voyoit souvent

(1) Récompense militaire.

(2) C'est ce même Felix dont Racine a dit :

Des fers de Claudius Felix encor flétri,
De deux Reines, Seigneur, devenir le mari.

(3) Droit réservé aux seuls Magistrats.

ab epiſtolis, & Pallantem a rationibus, quos decreto quoque ſenatus non præmiis modo ingentibus, ſed & quæſtoriis prætoriiſque ornamentis ornari libenter paſſus eſt; tantùm præterea acquirere & rapere, ut querente eo quondam de fiſci exiguitate, non abſurdè ſit dictum, Abundaturum, ſi a duobus libertis in conſortium reciperetur.

XXIX. His, ut dixi, uxoribuſque addictus, non principem ſe, ſed miniſtrum egit. Compendio cujuſque horum, vel etiam ſtudio ac libidine, honores, exercitus, impunitates, ſupplicia largitus eſt, & quidem inſciens plerumque & ignarus. Ac ne ſigillatim minima quæque enumerem, revocatas liberalitates ejus, judicia reſciſſa, ſuppoſitos aut etiam palam immutatos datorum officiorum codicillos, Appium Silanum conſocerum ſuum, Juliaſque, alteram Druſi, alteram Germanici filiam, crimine incerto, nec defenſione ullâ datâ, occidit; item Cneium Pompeium, majoris filiæ virum, & Lucium Silanum minoris ſponſum. Ex quibus Pompeius in concubitu dilecti adoleſcentuli confoſſus eſt. Silanus abdicare ſe præturâ ante quartum Kalendas Januarias, morique initio anni coactus, die ipſo Claudii & Agrippinæ nuptiarum. In quinque & triginta ſenatores, trecentoſque amplius equites Romanos tantâ facilitate animadvertit, ut de

les

marcher entre les deux Consuls : mais surtout deux autres Sécretaires, Narcisse & Pallas, que le Sénat honora des plus grandes récompenses, des ornements de la Questure & de la Préture, & dont les rapines étoient telles, que Claude se plaignant un jour de n'avoir rien dans son trésor, on lui répondit, avec raison, qu'il seroit riche si ses deux Affranchis vouloient le mettre de moitié avec eux (1).

Tels furent les maîtres qu'il se donna, & dont il fut l'esclave ainsi que de ses femmes. Honneurs, commandements, graces, punitions, tout dépendoit d'eux : tout se faisoit pour leur profit ou selon leur caprice, & souvent même à l'insçu de Claude. On révoquoit les dons qu'il vouloit faire ; on cassoit ses jugements ; on supposoit des brévets, ou l'on changeoit publiquement les siens. Il condamna à la mort Appius Silanus son beaupere, & les deux Julies ; l'une fille de Drusus, & l'autre fille de Germanicus, sur des accusations vagues, & sans avoir voulu les entendre. Il traita de même Cneius Pompée, marié à l'aînée de ses filles, & Lucius Silanus, marié à la cadette. Pompée fut percé de coups dans les bras d'un jeune homme qu'il aimoit, Silanus eut ordre de se démettre de la préture avant le 29 décembre, & fut mis à mort, au commencement de l'année, le jour des nôces de Claude & d'Agrippine. Il signa l'arrêt de mort de trente-cinq Sénateurs & de plus de trois cents Chevaliers Romains, avec tant de légéreté, qu'un Centurion étant venu lui annon-

(1) C'est le même propos que l'on tint à Louis XIV dans sa minorité : *M. le Cardinal vous en prêtera.*

nece consularis viri renuntiante centurione, Factum esse quod imperasset, negaret quidquam se imperasse & nihilo minus rem comprobaret: affirmantibus libertis, officio milites functos, quod ad ultionem imperatoris ultrò procurrissent. Nam illud omnem fidem excesserit, quod nuptiis, quas Messalina cum adultero Silio fecerat, tabellas dotis & ipse consignaverit, inductus, quasi de industria simularentur, ad avertendum transferendumque periculum quod imminere ipsi per quædam ostenta portenderetur.

XXX. Auctoritas dignitasque formæ non defuit vel stanti, vel sedenti, ac præcipuè quiescenti; nam & prolixo, nec exili, corpore erat: & specie canitieque pulcrâ, opimis cervicibus. Ceterùm & ingredientem destituebant poplites minus firmi, & remisse quid vel seriò agentem multa dehonestabant: risus indecens: ira turpior, spumante rictu, humentibus naribus: præterea linguæ titubantia, caputque, cum semper, tum in quantulocumque actu, vel maximè tremulum.

XXXI. Valetudine sicut olim gravi, ita princeps perprosperâ usus est, excepto stomachi dolore; quo se correptum etiam de consciscenda morte cogitasse dixit.

XXXII. Convivia agitavit & ampla & assidua, ac fere patentissimis locis, ut plerumque

cer la mort d'un citoyen consulaire, & lui disant qu'il avoit obéi à ses ordres, il répondit qu'il n'en avoit donné aucun, & ne laissa pas d'approuver ce meurtre, sur ce que ses Affranchis assurerent que les soldats avoient fait leur devoir en se portant d'eux-mêmes à venger leur Empereur. Mais ce qui passe toute croyance, c'est qu'on lui fit signer à lui-même le contrat de mariage de Messaline & de Silius son amant, en lui faisant croire que ce n'étoit qu'un jeu pour détourner quelques mauvais présages.

Il ne manquoit pas d'une certaine dignité dans son extérieur, soit qu'il fût assis ou debout, & surtout lorsqu'il reposoit. Sa taille étoit grande & fournie; ses cheveux blancs rendoient sa physionomie assez belle; il avoit le col gras. Mais lorsqu'il marchoit ses genoux étoient chancelants, & dans les actions sérieuses de sa vie comme dans ses moments de loisir, il avoit plus d'un désagrément naturel, un rire niais, une colere dégoûtante qui le faisoit écumer & lui rendoit les narrines humides: une prononciation embarrassée, & un tremblement de tête continuel, surtout lorsqu'il agissoit. Sa santé fut très mauvaise jusqu'à son avénement au trône, & très bonne depuis ce moment, à l'exception pourtant de quelques douleurs d'estomac, qui quelquefois furent si vives qu'il fut sur le point, à ce qu'il dit lui-même, de se donner la mort.

Il étoit fort adonné aux plaisirs de la table, & ses festins étoient longs & nombreux: il mangeoit dans des endroits très vastes, & avoit le plus sou-

ſexcenteni ſimul diſcumberent : Convivatus & uper emiſſarium Fucini lacus, ac pene ſubmerſus, cum emiſſa impetu aqua redundaſſet. Adhibebat omni cœnæ & liberos ſuos cum pueris puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum ſedentes veſcerentur. Convivæ, qui pridie ſcyphum aureum ſurripuiſſe exiſtimabatur, revocato in diem poſterum, calicem fictilem appoſuit. Dicitur etiam meditatus edictum, quo veniam daret flatum crepitumque ventris in convivio emittendi, cum periclitatum quemdam præ pudore ex continentia reperiſſet.

XXXIII. Cibi vinique quocumque & tempore & loco appetentiſſimus. Cognoſcens quondam in Auguſti foro, ictuſque nidore prandii quod in proxima Martis æde Saliis apparabatur, deſerto tribunali, adſcendit ad ſacerdotes, unàque diſcubuit. Nec temere unquam triclinio abſceſſit, niſi diſtentus ac madens : & ut ſtatim ſupino ac per ſomnum hianti, pinna in os inderetur, ad exonerandum ſtomachum. Somni breviſſimi erat; nam ante mediam noctem plerumque evigilabat, ut tamen interdiu nonnunquam in jure dicendo obdormiſceret, vixque ab advocatis de induſtria vocem augentibus excitaretur. Libidinis in feminas profuſiſſimæ, marium omninò expers. Aleam ſtudioſiſſimè luſit, de cujus arte librum quoque emiſit : ſolitus etiam in geſta-

vent jusqu'à six cents convives. Il pensa périr auprès du lac Fucin où il donnoit un repas, l'eau qui étoit contenue par des digues s'étant échappée tout d'un coup. Il avoit toujours ses enfants à sa table, & la jeune noblesse des deux sexes mangeoit assise, suivant l'ancienne coutume, appuyée contre les piliers des lits (1). Un convive fut accusé d'avoir volé une coupe d'or; il l'invita de nouveau le lendemain, & fit mettre devant lui une tasse de terre. On prétend qu'il avoit projetté un Edit par lequel il permettoit de lâcher des vents à sa table, parcequ'il avoit appris qu'un de ses convives avoit été très incommodé pour s'être retenu devant lui.

Il étoit toujours prêt à manger & à boire à quelqu'heure & dans quelque lieu que ce fût. Un jour qu'il jugeoit dans le marché d'Auguste, il fut frappé de l'odeur d'un repas qui se donnoit dans un Temple voisin aux Prêtres de Mars; il quitta son tribunal & alla se mettre à table avec eux. Jamais il ne sortit d'un repas que gonflé de nourriture & de boisson; & lorsqu'il s'étoit endormi, on lui enfonçoit une plume dans la gorge pour le faire vomir. Il dormoit peu, s'éveilloit presque toujours au milieu de la nuit, & se rendormoit pendant le jour lorsqu'il étoit sur son tribunal : aussi les Avocats avoient-ils soin de crier bien fort pour le réveiller. Il porta l'amour des femmes jusqu'à l'excès, mais cet amour fut le seul qu'il se permit. Très appliqué aux jeux de hazard, il donna un ouvrage sur ce sujet. Il jouoit même

(1) Les lits de festins suivant les mœurs anciennes.

tione ludere, ita essedo alveoque adaptatis ne lusus confunderetur.

XXXIV. Sævum & sanguinarium naturâ fuisse, magnis minimisque apparuit rebus. Tormenta quæstionum pœnasque parricidarum repræsentabat, exigebatque coram. Cum & spectare antiqui moris supplicium Tiburi concupisset, & deligatis ad palum noxiis carnifex deesset, accitum ab Urbe vesperam usque operiri perseveravit. Quocumque gladiatorio munere, vel suo, vel alieno, etiam forte prolapsos jugulari jubebat: maxime retiarios, ut expirantium facies videret. Cum par quoddam mutuis ictibus concidisset, cultellos sibi parvulos ex utroque ferro in usum fieri sine mora jussit. Bestiariis meridianisque adeo delectabatur, ut etiam primâ luce ad spectaculum descenderet: & meridie dimisso ad prandium populo, persederet: præterque destinatos, etiam levi subitaque de causa quosdam committeret, de fabrorum quoque ac ministrorum, atque id genus numero, si automatum, vel pegma, vel quid tale aliud parum cessisset. Induxit & unum ex nomenculatoribus suis, sicut erat, togatum.

XXXV. Sed nihil æque quam timidus ac diffidens fuit. Primis imperii diebus, quamquam, ut diximus, jactator civilitatis, neque convivia inire ausus est nisi ut spiculatores cum lanceis

en voyage, ſes voitures étant faites de façon que leur mouvement ne brouilloit pas le jeu.

Il donna des marques d'un naturel ſanguinaire dans de petites choſes comme dans les grandes; il étoit préſent à la torture & à l'exécution des criminels. Il voulut voir à Tivoli un ſupplice ſuivant l'ancienne coutume; & déja les coupables étoient attachés au poteau lorſque le bourreau ſe trouva abſent; il attendit juſqu'au ſoir qu'on en eût fait venir un de Rome. Dans les ſpectacles de gladiateurs, ſoit ceux des Magiſtrats, ſoit les ſiens, il faiſoit égorger ceux qui tomboient même par hazard, ſur-tout ceux qu'on appelloit *Retiaires*, dont il vouloit voir le viſage expirant. Deux champions s'étant enferrés mutuellement, il ſe fit faire ſur-le-champ de petits couteaux de la lame de leurs épées. Il avoit tant de plaiſir à voir ceux qui combattoient contre les bêtes & ceux qui paroiſſoient dans l'arene au ſpectacle de midi, qu'il venoit prendre ſa place dès le point du jour; & quand le peuple s'en alloit dîner, il reſtoit & faiſoit combattre ſur le plus léger prétexte ceux des *employés* qui ſe trouvoient là, pour peu qu'une toile ou une machine eût manqué d'effet: il fit même combattre un jour un de ſes Nomenclateurs en toge.

Mais ce qui le caractériſa le plus, ce fut la défiance & la timidité. Dans les premiers jours de ſon regne, quoiqu'il affectât, comme nous l'avons dit, beaucoup de complaiſance, il ſe faiſoit entourer à table d'une garde armée de lances, &

circumstarent, militesque vice ministrorum fungerentur: neque ægrum quemquam visitavit, nisi explorato prius cubiculo, culcitisque & stragulis prætentatis & excussis: reliquo autem tempore salutatoribus scrutatores semper apposuit, & quidem omnibus, & acerbissimos. Serò enim ac vix remisit, ne feminæ prætextatique pueri & puellæ contrectarentur, & ne cuivis comiti aut librario calamariæ aut graphiariæ thecæ adimerentur. Motu civili, cum eum Camillus non dubitans etiam citra bellum posse terreri, contumeliosâ & minaci & contumaci epistolâ cedere imperio juberet, vitamque otiosam in privata re agere; dubitavit, adhibitis principibus viris, an obtemperaret.

XXXVI. Quasdam insidias temere delatas adeo expavit, ut deponere imperium tentaverit. Quodam, ut supra retuli, cum ferro circa sacrificantem se deprenso, senatum per præcones propere convocavit: lacrymisque & vociferatione miseratus est conditionem suam, cui nihil tuti usquam esset: ac diu publico abstinuit. Messalinæ quoque amorem flagrantissimum non tam indignitate contumeliarum, quàm periculi metu abjecit, cum adultero Silio acquiri imperium credidisset: quo tempore fœdum in modum trepidus ad castra confugit, nihil totâ viâ quàm essetne sibi salvum imperium requirens.

ſervir par des ſoldats. Il ne viſitoit point un malade ſans faire fouiller ſa chambre & ſon lit, & dans la ſuite il eut toujours auprès de lui des eſclaves chargés de fouiller, & même avec rigueur, tous ceux qui l'approchoient. Ce ne fut qu'avec peine & ſur la fin de ſon regne, qu'il exempta de cette recherche les femmes, les filles & les jeunes garçons, & qu'il ceſſa de faire ôter aux eſclaves les boëtes à plumes ou à poinçons qu'ils portoient à la ſuite de leurs Maîtres. Dans une émeute populaire un certain Camille, sûr d'épouvanter Claude, même ſans qu'il y eût apparence de guerre, lui écrivit une lettre injurieuſe & menaçante, par laquelle il lui ordonnoit de renoncer à l'Empire & de vivre dans le loiſir d'un particulier. Claude délibéra avec les principaux de Rome s'il n'obéiroit pas, & réellement il fut pluſieurs fois ſur le point d'abdiquer, parcequ'on lui avoit annoncé bruſquement quelques entrepriſes formées contre lui.

Lorſque dans un ſacrifice cet homme dont nous avons parlé fut ſurpris à côté de lui avec des armes, il aſſembla promptement le Sénat, & ſe plaignit en pleurant & en ſe lamentant de ſa malheureuſe deſtinée, qui l'expoſoit à des dangers continuels : il fut même long-tems ſans paroître en public. Il ſurmonta l'amour ardent qu'il avoit pour Meſſaline, bien moins par le ſentiment des outrages qu'elle lui avoit faits, que par la crainte qu'il eût que l'Empire parût appartenir à Silanus. C'eſt dans ce tems que ſaiſi d'une honteuſe frayeur il s'enfuit au camp, demandant pendant toute la route s'il étoit encore Empereur.

XXXVII. Nulla adeo ſuſpicio, nullus auctor tam levis exſtitit, a quo non mediocri ſcrupulo injecto ad cavendum ulciſcendumque compelleretur. Unus ex litigatoribus ſeducto in ſalutatione affirmavit ſe vidiſſe per quietem occidi eum a quodam : deinde paulo poſt, quaſi percuſſorem agnoſceret, libellum tradentem adverſarium ſuum demonſtravit : confeſtimque is pro deprehenſo ad pœnam raptus eſt. Pari modo oppreſſum ferunt Appium Silanum : quem cùm Meſſalina & Narciſſus conſpiraſſent perdere, diviſis partibus, alter ante lucem ſimilis attonito, patroni cubiculum irrupit, affirmans ſomniaſſe ſe vim ei ab Appio illatam : altera, in admirationem formata, ſibi quoque eamdem ſpeciem aliquot jam noctibus obverſari retulit. Nec multo poſt ex compoſito irrumpere Appius nuntiatus, cui pridie ad id temporis ut adeſſet præceptum erat, quaſi planè repræſentaretur ſomnii fides, arceſſi ſtatim ac mori juſſus eſt. Nec dubitavit poſtero die Claudius ordinem rei geſtæ perferre ad ſenatum, ac liberto gratias agere, quod pro ſalute ſua etiam dormiens excubaret.

XXXVIII. Iræ atque iracundiæ conſcius ſibi, utramque excuſavit edicto : diſtinxitque, pollicitus alteram quidem brevem & innoxiam, alteram non injuſtam fore. Oſtienſibus, quia ſibi ſubeunti Tiberim ſcaphas obviam non mi-

Les plus légers ſoupçons & les témoignages les moins fondés ſuffiſoient pour l'engager aux précautions & à la vengeance. Un plaideur le prenant à part, lui dit qu'il avoit rêvé qu'on tuoit l'Empereur devant lui : un moment après quelqu'un vint préſenter un Mémoire à Claude ; le plaideur feignit de reconnoître le meurtrier qu'il avoit vu en ſonge, c'étoit ſon adverſaire, & ſur le champ on le traîna au ſupplice. On s'y prit de même pour perdre Appius Silanus : Meſſaline & Narciſſe qui avoient formé ce complot, s'étoient partagé les rôles ; l'un entra avant le jour d'un air effrayé dans la chambre de l'Empereur, aſſurant qu'il venoit de voir en ſonge Appius attenter à ſa perſonne ; l'autre affectant beaucoup de ſurpriſe, dit que depuis quelques jours elle faiſoit auſſi le même rêve. Quelque tems après on annonça Appius, qui la veille avoit reçu ordre de venir ; & Claude perſuadé qu'il ne venoit que pour vérifier le ſonge, le fit ſaiſir auſſi-tôt & mettre à mort. Le lendemain il raconta dans le Sénat comment toute l'affaire s'étoit paſſée, & remercia ſon Affranchi de veiller ſur ſes jours, même en dormant.

Comme il ſe ſentoit ſujet à la colere, il s'en excuſa dans un Edit, promettant qu'elle ſeroit courte & point nuiſible, & que quand elle ſeroit durable, elle ne ſeroit point injuſte. Il fit une eſpece de ſatisfaction aux habitants d'Oſtie, qu'il avoit réprimandés trop durement pour avoir oublié de

ſerant, graviter correptis, eaque cum invidia; ut in ordinem ſe coactum conſcriberet, repente tantum non ſatisfacientis modo veniam dedit. Quoſdam in publico parum tempeſtivè adeuntes manu ſuâ repulit. Item ſcribam quæſtorium, itemque præturâ functum ſenatorem, inauditos & innoxios, relegavit: quod ille adversùs privatum ſe intemperantius adfuiſſet; hic, in ædilitate inquilinos prædiorum ſuorum contra vetitum cocta vendentes multaſſet, villicumque intervenientem flagellaſſet. Qua de cauſa etiam coercitionem popinarum ædilibus ademit. Ac ne ſtultitiam quidem ſuam reticuit, ſimulatamque a ſe ex induſtria ſub Caio, quod aliter evaſurus perventuruſque ad ſuſceptam ſtationem non fuerit, quibuſdam oratiunculis teſtatus eſt. Nec ante perſuaſit, quam intra breve tempus liber editus ſit, cui index erat, μωρῶν ἀνάστασις, argumentum autem, Stultitiam neminem fingere.

XXXIX. Inter cetera in eo mirati ſunt homines & oblivionem & inconſiderantiam: vel, ut Græce dicam, μετεωρίαν καὶ ἀβλεψίαν. Occisâ Meſſalinâ, paulo poſt quam in triclinio decubuit, cur domina non veniret requiſivit. Multos ex iis quos capite damnaverat, poſtero ſtatim die & in convivium & ad aleæ luſum admoveri juſſit: & quaſi morarentur, ut ſomniculoſos per nuntium increpuit. Ducturus contra fas

venir au-devant de lui ſur des barques lorſqu'il remontoit le Tibre : il avoit été juſqu'à dire qu'on le traitoit comme un particulier. Il repouſſa de ſa main pluſieurs perſonnes qui avoient mal pris leur tems pour l'aborder en public. Il exila injuſtement & ſans les entendre, le Greffier d'un Queſteur & un Sénateur qui avoit géré la Préture ; l'un pour s'être porté contre lui en juſtice avec un peu de violence, avant qu'il fût Empereur ; l'autre pour avoir mis à l'amende, étant Edile, quelques locataires des maiſons de campagne de Claude qui vendoient des viandes cuites malgré les défenſes, & avoir fait battre de verges un fermier qui intervenoit dans la cauſe : il ôta même aux Ediles, pour le même ſujet, toute inſpection ſur les cabarets.

Quant à la foibleſſe de ſon eſprit, il prétendit prouver dans quelques diſcours, que ce n'étoit qu'une feinte qu'il avoit cru néceſſaire ſous le regne de Caius pour échapper à ce Prince & parvenir à ſes fins. Mais il ne perſuada perſonne ; & même, peu de tems après, il parut un livre qui avoit pour titre, *La réſurrection des fous*, & qui avoit pour but de montrer que perſonne ne contrefaiſoit la folie. Il donnoit fréquemment des preuves de ſa diſtraction & du dérangement de ſa tête ; en voici quelques traits aſſez étonnants. Après la mort de Meſſaline, comme il alloit ſe mettre à table, il demanda pourquoi l'Impératrice ne venoit pas. Il envoyoit prier à ſouper & à jouer des citoyens qu'il avoit fait mourir la veille, & ſe plaignoit de leur pareſſe à ſe lever & à venir. Prêt à contracter avec Agrippine un mariage illégitime, il ne ceſſoit de l'appeller dans tous ſes diſcours ſa fille, ſa

Agrippinam uxorem, non cessavit omni oratione filiam & alumnam, & in gremio suo natam atque educatam prædicare. Adsciturus in nomen familiæ suæ Neronem, quasi parum reprehenderetur quod adulto jam filio privignum adoptaret, identidem divulgavit neminem unquam per adoptionem familiæ Claudiæ insertum.

XL. Sermonis verò rerumque tantam sæpe negligentiam ostendit, ut nec quis, nec inter quos, quove tempore ac loco verba faceret, scire ac cogitare existimaretur. Cùm de laniis ac vinariis ageretur, exclamavit in curia : Rogo vos, quis potest sine offula vivere ? Descripsitque abundantiam veterum tabernarum, unde solitus esset vinum olim & ipse petere. De quæstore quodam candidato inter causas suffragationis suæ posuit, quod pater ejus frigidam ægro sibi tempestivè dedisset. Inducta teste in senatu, Hæc, inquit, matris meæ liberta & ornatrix fuit, sed me patronum semper existimavit : hoc ideo dixi, quod quidam sunt adhuc in domo mea qui me patronum non putant. Sed & pro tribunali, Ostiensibus quiddam publicè orantibus, cum excanduisset, nihil habere se vociferatus est quare eos demereatur : si quem alium, & se liberum esse. Nam illa ejus quotidiana, & planè omnium horarum & momentorum erant : Quid, ego tibi Theogonius videor, & λογιότατος ? multaque

pupille, née dans ſa maiſon & élevée dans ſes bras ; & ſur le point d'adopter Néron, il ne ceſſoit de répéter que perſonne n'étoit jamais entré par adoption dans la famille Claudia : comme ſi ce n'eût pas été déja un aſſez grand tort d'adopter le fils de ſa femme, lorſque le ſien étoit déja adulte.

Il portoit l'oubli de lui-même dans ſes paroles & dans ſes actions, au point que ſouvent il paroiſſoit ne ſavoir qui il étoit, ni avec qui, ni dans quel tems & en quel lieu il parloit. Il s'écria un jour dans le Sénat, où il étoit queſtion des Bouchers & des Marchands de vin, *qui de vous, je vous prie, peut vivre ſans potage?* Et il parla de l'abondance qui régnoit autrefois dans les boutiques où il alloit lui-même chercher du vin. Il donna ſon ſuffrage à un aſpirant à la Queſture, entre autres raiſons parceque ſon pere lui avoit donné à propos une potion froide dans une maladie : il fit paroître une femme en témoignage dans le Sénat : *Cette femme*, dit-il, *a été l'affranchie & la femme de chambre de ma mere, mais elle m'a toujours regardé comme ſon maître. Je dis cela, parceque dans ma maiſon il y a des gens qui ne me regardent pas comme leur maître.* Il ſe mit en colere contre les habitants d'Oſtie, qui lui demandoient publiquement une grace, & ſe mit à crier ſur ſon tribunal qu'il n'avoit aucun ſujet de les obliger, & qu'il étoit libre comme un autre. Il diſoit à tout moment : *N'ai-je pas l'air d'un enfant des Dieux? Ne ſuis-je pas un grand Orateur?* & autres choſes ſemblables, indécentes même dans un particulier, & à plus forte

talia etiam privatis deformia, nedum principi; neque infacundo, neque indocto, imo etiam pertinaciter liberalibus studiis dedito.

XLI. Historiam in adolescentia, hortante Tito Livio, Sulpicio verò Flavo etiam adjuvante, scribere aggressus est. Et cùm primùm frequenti auditorio commisisset, ægre perlegit, refrigeratus sæpe a semetipso: nam cùm initio recitationis, defractis compluribus subselliis obesitate cujusdam, risus exortus esset, ne sedato quidem tumultu temperare potuit, quin ex intervallo subinde facti reminisceretur cachinnosque revocaret. In principatu quoque & scripsit plurimùm & assiduè recitavit per lectorem. Initium autem sumpsit historiæ post cædem Cæsaris dictatoris. Sed & transiit ad inferiora tempora, cœpitque a pace civili: cùm sentiret neque liberè neque verè sibi de superioribus tradendi potestatem relictam, correptus sæpe & a matre & ab avia. Prioris materiæ duo volumina, posterioris unum & quadraginta reliquit. Composuit & de vita sua octo volumina, magis inepte quam ineleganter. Item Ciceronis defensionem adversùs Asinii Galli libros, satis eruditam. Novas etiam commentus est litteras tres, ac numero veterum quasi maxime necessarias addidit. De quarum ratione cùm privatus adhuc volumen edidisset, mox princeps non difficulter obtinuit

raison

raiſon dans un Prince qui n'étoit pas ſans éducation ni ſans lettres, & qui même avoit beaucoup étudié.

Dans ſa premiere jeuneſſe il eſſaya d'écrire l'Hiſtoire, encouragé par Tite Live & aidé par Flavus. Il en lut des morceaux devant un nombreux auditoire, mais il eut beaucoup de peine à les achever : un homme d'une groſſe taille ayant rompu un banc ſous lui, cet accident fit rire tout le monde ; & même après que le bruit fut appaiſé, Claude ne put s'empêcher de temps en temps de rire encore par reſſouvenir ; ce qui refroidit ſa lecture & ſes auditeurs. Il écrivit auſſi beaucoup pendant ſon regne, & fit réciter aſſidument ſes ouvrages par un lecteur à lui. Il commençoit ſon Hiſtoire à la mort du Dictateur Céſar ; mais il prit une époque plus récente & commença au regne d'Auguſte, ſentant qu'il ne pouvoit parler ni avec liberté ni avec vérité des tems ſupérieurs, ſans offenſer ſa mere & ſon aïeule, qui toutes deux deſcendoient d'Antoine. Il laiſſa deux volumes de la premiere de ces Hiſtoires & quarante-un de la derniere. Il en compoſa huit des Mémoires de ſa vie, qui manquoient plutôt d'eſprit que d'élégance. Il fit une apologie de Ciceron contre Aſinius-Gallus. Il inventa trois nouvelles lettres qu'il croyoit néceſſaires, & qu'il vouloit ajoûter à l'alphabet : il donna un traité ſur ce ſujet étant encore ſimple particulier ; & quand il fut Empereur, il obtint aiſément qu'elles fuſſent miſes en uſage : cette écriture ſe trouve dans preſque tous les livres & tous les actes de ce tems.

ut in uſu quoque promiſcuo eſſent. Exſtat talis ſcriptura in plerisque libris, ac diurnis titulisque operum.

XLII. Nec minore curâ Græca ſtudia ſecutus eſt, amorem præſtantiamque linguæ occaſione omni profeſſus. Cuidam barbaro græcè & latinè diſſerenti : cum utroque, inquit, ſermone noſtro ſis peritus. Et in commendanda patribus conſcriptis Achaia, gratam ſibi provinciam ait, communium ſtudiorum commercio. Ac ſæpe in ſenatu legatis perpetuâ oratione reſpondit : multùm verò pro tribunali etiam Homericis locutus eſt verſibus. Quoties quidem hoſtem vel inſidiatorem ultus eſſet, excubitori tribuno ſignum de more poſcenti, non temere aliud dedit quam,

Ἄνδρ' ἐπαμύναθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπαίνῃ.

Denique & græcas ſcripſit hiſtorias, Τυῤῥηνικῶν viginti, Καρχηδονιακῶν octo. Quarum causâ veteri Alexandriæ muſeo alterum additum ex ipſius nomine : inſtitutumque ut quotannis in altero Τυῤῥηνικῶν libri, altero Καρχηδονιακῶν, diebus ſtatutis, velut in auditorio, recitarentur toti a ſingulis per vices.

XLIII. Sub exitu vitæ, ſigna quædam nec obſcura pœnitentis de matrimonio Agrippinæ, deque Neronis adoptione dederat. Siquidem

Il s'appliqua à l'étude de la Langue grecque, & témoigna en toute occaſion le cas qu'il en faiſoit. Il dit à un Barbare qui parloit devant lui grec & latin : *vous ſavez mes deux langues.* En recommandant l'Achaïe au Sénat, il dit qu'il étoit attaché à cette Province par le goût des mêmes études. Souvent il répondit en grec aux Ambaſſadeurs de la Grece, & cita des vers d'Homere ſur ſon tribunal : toutes les fois qu'il avoit fait périr un conjuré ou un ennemi, il donnoit au Tribun qui étoit de garde ce vers-ci pour le mot de l'ordre :

» Quand il eſt offenſé, le brave homme ſe venge.

Il écrivit en grec vingt livres de l'Hiſtoire des Tyrrhéniens, & huit de celle des Carthaginois : c'eſt à l'occaſion de ces ouvrages que dans Alexandrie, outre l'ancien muſée (1), on en bâtit un nouveau appellé *Claude*, du nom de ſon Fondateur ; il fut établi que tous les ans on y liroit publiquement, à des jours marqués, dans l'un l'Hiſtoire des Carthaginois, & dans l'autre celle des Tyrrhéniens, & que les Aſſociés de ces deux muſées ſe relaieroient pour achever la lecture.

Vers la fin de ſa vie il donna des marques aſſez claires du repentir qu'il avoit de ſon mariage avec Agrippine & de l'adoption de Néron.

(1) Eſpece d'Académie.

commemorantibus libertis ac laudantibus cognitionem quâ pridie quamdam adulterii ream condemnaverat : ſibi quoque in fatis eſſe jactavit omnia impudica, ſed non impunita matrimonia. Et ſubinde obvium ſibi Britannicum arctius complexus, hortatus eſt ut creſceret, rationemque a ſe omnium factorum acciperet, græca inſuper voce proſecutus, ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται. Cumque impubi teneroque adhuc, quando ſtatura permitteret, togam dare deſtinaſſet, adjecit : Ut tandem populus Romanus verum Cæſarem habeat.

XLIV. Non multoque poſt teſtamentum etiam conſcripſit, ac ſignis omnium magiſtratuum obſignavit. Prius igitur quam ultrà progrederetur, præventus eſt ab Agrippina, quam præter hæc conſcientia quoque nec minus delatores multorum criminum arguebant. Et veneno quidem occiſum convenit : ubi autem & per quem dato, diſcrepat. Quidam tradunt, epulanti in arce cum ſacerdotibus, per Halotum ſpadonem prægustatorem : alii, domeſtico convivio, per ipſam Agrippinam, quæ boletum medicatum avidiſſimo ciborum talium obtulerat. Etiam de ſubſequentibus diverſa fama eſt : multi ſtatim hauſto veneno obmutuiſſe aïunt, excruciatumque doloribus nocte totâ, defeciſſe

Ses Affranchis lui donnant des éloges ſur l'équité du jugement qu'il avoit prononcé contre une femme adultere, il leur dit qu'il étoit auſſi de ſon deſtin d'avoir des épouſes coupables, mais non pas impunies; & un moment après, il embraſſa tendrement Britannicus, l'exhortant à croître & à s'inſtruire de ſon ſort, ajoutant en grec: *Celui qui a bleſſé peut guérir:* & ſe propoſant de lui faire prendre la robe virile avant l'âge, parceque ſa taille le permettoit: *enfin*, diſoit-il, *le peuple Romain aura un vrai Céſar.*

Il fit quelques temps après un teſtament qui fut ſigné par tous les Magiſtrats; mais Agrippine, tourmentée par ſa conſcience & inquiétée par des délateurs, prévint l'effet de ſes intentions. On convient qu'il fut empoiſonné, mais on ne ſait par qui ni comment. Quelques-uns diſent que ce fut dans un repas au Capitole avec les Pontifes, & par le miniſtere de l'Eunuque Halotus, dont la fonction étoit de goûter les plats avant lui: d'autres, que ce fut dans un feſtin domeſtique & par la main d'Agrippine, qui lui préſenta un champignon, légume qu'il aimoit beaucoup. On ne convient pas non plus des ſuites: ſelon les uns, il perdit la parole auſſi-tôt, & mourut au point du jour après avoir ſouffert toute la nuit: ſelon d'autres, il s'aſſoupit d'abord, ſe réveilla avec des vomiſſements, & on lui fit prendre une ſeconde doſe de poiſon dans un potage, comme

prope lucem : nonnulli inter initia consopitum, deinde cibo affluente evomuisse omnia, repetitumque toxico, incertum pultine addito, cum velut exhaustum refici cibo oporteret, an immisso per clysterem, ut quasi abundantia laboranti etiam hoc genere egestionis subveniretur.

XLV. Mors ejus celata est, donec circa successorem omnia ordinarentur. Itaque & quasi pro ægro adhuc vota suscepta sunt, & inducti per simulationem comœdi, qui velut desiderantem oblectarent. Excessit tertio Idus Octobris, Asinio Marcello, Acilio Aviola consulibus, sexagesimoquarto ætatis, imperii decimoquarto anno. Funeratus est solenni principum pompâ, & in numerum deorum relatus. Quem honorem, a Nerone destitutum abolitumque, recepit mox per Vespasianum.

XLVI. Præsagia mortis ejus præcipua fuerunt, exortus crinitæ stellæ, quam cometen vocant; tactumque de cælo monumentum Drusi patris, & quod eodem anno ex omnium magistratuum genere plerique mortem obierant. Sed ipse nec ignorasse aut dissimulasse ultima vitæ suæ tempora videtur, aliquot quidem argumentis : nam & cùm consules designaret, neminem ultra mensem quo obiit, designavit; & in senatu, cui novissimè interfuit, multum ad con-

pour lui faire reprendre des forces, ou dans un lavement, comme pour le débarraſſer d'une indigeſtion.

Sa mort fut cachée juſqu'à ce que tout fût arrangé pour aſſurer l'Empire à ſon ſucceſſeur. On faiſoit des vœux pour ſa guériſon. On mandoit des Comédiens pour le divertir. Il mourut le treize d'Octobre, ſous le conſulat d'Aſinius-Marcellus & d'Acilius-Aviola, dans la ſoixante-quatriéme année de ſon âge, & la quatorziéme de ſon regne. Ses funérailles furent célébrées avec toute la pompe convenable à ſon rang, & il fut mis au nombre des Dieux : mais ſon apothéoſe, dont Néron interrompit les cérémonies & voulut même détruire les monuments, ne fut confirmée que par Veſpaſien.

Sa mort parut annoncée principalement par l'apparition d'une comete chévelue, par le tonnerre qui frappa le tombeau de ſon pere Druſus, & par la mort de preſque tous les Magiſtrats de cette année. Lui-même parut prévoir la ſienne : il ne déſigna aucun Magiſtrat au-delà du tems où il mourut ; & dans la derniere aſſemblée du Sénat où il aſſiſta, on l'entendit exhorter ſes enfants à la concorde & recommander leur jeuneſſe aux Sénateurs, du ton le plus ſuppliant. La derniere fois qu'il ſiégea ſur ſon tribunal, il répéta deux

cordiam liberos ſuos cohortatus, utriuſque ætatem ſuppliciter patribus commendavit. Et in ultima cognitione pro tribunali, acceſſiſſe ſe ad finem mortalitatis, quamquam abominantibus qui audiebant, ſemel atque iterum pronuntiavit.



ſois qu'il touchoit au terme de la condition humaine, quoique tous ceux qui l'entouroient paruſſent avoir horreur d'un tel préſage.



RÉFLEXIONS SUR CLAUDE.

Il sembloit que tout contribuât à désoler & à avilir l'Empire Romain. Un imbécille prit la place d'un fou, & un monstre succéda à cet imbécille. Il n'y a peut-être point d'exemple d'une pareille succession dans aucun Empire; & ce qui prouve le prodigieux ascendant des Romains sur les autres Nations, c'est que, malgré le mépris qu'inspiroit leur maître, ils n'en étoient pas moins redoutés ni moins victorieux dans les différentes parties du monde. Les légions avoient encore leur ancien courage, quoique sans amour pour la patrie, & la même discipline militaire, quoiqu'avec beaucoup moins de docilité. Enfin, des bords de l'Euphrate un Roi vint se prosterner devant Claude, & l'intrépide Caractacus, le héros de l'Angleterre, fut mené en triomphe dans Rome. L'ancienne République n'avoit point eu de moments plus glorieux.

Ce Claude, si justement méprisé, n'étoit pas sans quelques bonnes qualités : il aimoit la justice. Mais quoique l'Auteur *des Révolutions de l'Empire Romain* veuille le justifier contre M. de Montesquieu d'avoir évoqué à lui & dans son palais toutes les causes & tous les jugements, je crois que tous les bons esprits seront de l'avis du grand Interprête des Loix, & trouveront que c'est toujours une faute grave de porter dans le secret du palais des jugements que leur publicité seule peut rendre respectables. C'est un des plus beaux principes des Monarchies, que le Souverain ne doit point être juge : la Loi seule doit juger pour lui. Et pourquoi voudroit-il s'ôter à lui-même le droit si noble & si heureux de pouvoir arrêter le glaive, quand la Loi ordonne de frapper & que l'humanité demande des exceptions? & comment pourra-t-il pardonner, s'il prend la place de la Loi qui ne pardonne jamais?

Le défaut le plus funeſte de Claude fut ſon extrême foibleſſe, & c'eſt le défaut le plus deſtructeur dans un Souverain. Il vaudroit mieux qu'il fît le mal que de le laiſſer commettre : il n'y a point de tyran qui ait dans ſon ame la méchanceté de cent eſclaves.

Tacite a bien raiſon de dire que la poſtérité aura peine à croire que l'épouſe d'un Empereur ſe ſoit mariée en public à ſon amant. Suétone ajoute une circonſtance encore plus ſinguliere, mais bien croyable après tout le reſte, c'eſt qu'on fit ſigner le contrat à l'Empereur. Voilà de ces traits qui doivent un peu contenir ceux qui veulent ſoumettre tous les faits hiſtoriques au calcul des vraiſemblances : & quel eſt l'homme qui n'a pas été quelquefois témoin d'événements très peu vraiſemblables ?

Juvénal a crayonné les débauches de Meſſaline dans des vers d'une obſcénité énergique : & le nom de cette femme trop fameuſe eſt devenu le ſynonyme de la proſtitution la plus effrénée. Cependant il ſuffit de lire Procope pour voir que Meſſaline n'a pas mérité l'infâme diſtinction d'être à la tête des proſtituées célebres, & qu'elle doit céder ce rang à Théodora, femme de Juſtinien. Le récit des excès de cette Impératrice eſt un morceau curieux ; c'eſt la peinture des abominations les plus recherchées & les plus étonnantes, ſoit qu'elles aient été commiſes, ſoit qu'elles aient été ſuppoſées : ce dernier cas ne ſeroit pas le moins ſingulier.



NERO CLAUDIUS.

Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt, Calvinorum & Ænobarborum. Ænobarbi auctorem originis itemque cognominis habent Lucium Domitium: cui rure quodam revertenti, juvenes gemini augustiore formâ ex occursu imperasse traduntur, nuntiaret senatui ac populo victoriam, de qua incertum adhuc erat: atque in fidem majestatis, adeo permulsisse malas, ut e nigro rutilum ærique assimilem capillum redderent. Quod insigne mansit & in posteris ejus, ac magna pars rutilâ barbâ fuerunt. Functi autem consulatibus septem, triumpho censurâque duplici, & inter patricios allecti, perseverarunt omnes in eodem cognomine. Ac ne prænomina quidem ulla, præterquam Cneii & Lucii usurparunt; eaque ipsa notabili varietate, modo continuantes unumquodque per ternas personas, modo alternantes per singulas: nam primum secundumque ac tertium Ænobarborum Lucios, rursus sequentes tres ex ordine Cneios accepimus; reliquos nonnisi vicissim, tum Lucios tum Cneios. Plures e familia cognosci referre arbitror, quo facilius appareat ita degenerasse a suorum virtutibus Nero, ut tamen vitia cujusque quasi tradita & ingenita retulerit.



NÉRON.

Les deux plus illuſtres branches de la famille Domitia, furent celles des Calvinus & des Ænobarbus (1). Les Ænobarbus reconnoiſſent pour leur tige & pour l'auteur de leur ſurnom, Lucius Domitius qui, revenant un jour de la campagne, rencontra deux jeunes gens d'une figure céleſte, qui lui ordonnerent d'annoncer au Sénat & au Peuple une victoire que l'on regardoit encore comme douteuſe; & pour lui prouver leur miſſion divine, en lui touchant les joues ils changerent la couleur de ſa barbe, & de noire qu'elle étoit ils la rendirent d'un jaune de cuivre: ce ſigne devint propre à ſes deſcendants, qui preſque tous eurent la barbe de cette même couleur. Honorés de ſept conſulats, de deux triomphes & de deux cenſures, & reçus au nombre des Patriciens, ils garderent tous le même ſurnom, & n'eurent point d'autre prénom que ceux de Cneius & de Lucius. On a remarqué que l'on trouvoit parmi eux trois Lucius de ſuite, puis trois Cneius, & enſuite alternativement un Lucius & un Cneius. Il eſt à propos d'en faire connoître pluſieurs, afin que l'on puiſſe obſerver les vertus dont Néron dégénera, & les vices qu'il parut tenir de ſes ancêtres.

---

(1) *Barbe de cuivre.*

II. Ut igitur paulo altius repetam, atavus ejus Cneius Domitius in tribunatu pontificibus offenſior, quod alium quam ſe in patris ſui locum cooptaſſent, jus ſacerdotum ſubrogandorum a collegiis ad populum tranſtulit : ac in conſulatu Allobrogibus Arverniſque ſuperatis, elephanto per provinciam invectus eſt, turbâ militum, quaſi inter ſolennia triumphi, proſequente. In hunc dixit Licinius Craſſus orator, non eſſe mirandum quòd æneam barbam haberet, cui eſſet os ferreum, cor plumbeum. Hujus filius prætor Caium Cæſarem abeuntem conſulatu, quem adversùs auſpicia legeſque geſſiſſe exiſtimabatur, ad diſquiſitionem ſenatûs vocavit : mox conſul imperatorem ab exercitibus Gallicis retrahere tentavit : ſucceſſorque ei per factionem nominatus principio civilis belli, ad Corfinium captus eſt. Unde dimiſſus, Maſſilienſes obſidione laborantes cum adventu ſuo confirmaſſet, repente deſtituit; acieque demum Pharſalicâ occubuit. Vir neque ſatis conſtans, & ingenio truci, in deſperatione rerum, mortem timore appetitam ita expavit, ut hauſtum venenum pœnitentiâ evomuerit, medicumque manumiſerit, qui id ſibi prudens ac ſciens minus noxium temperaſſet. Conſultante autem Cneio Pompeio de mediis

(1) Les grandes familles de Rome avoient parmi leurs

Ainſi, en remontant un peu plus haut, je trouve Cneius Domitius ſon biſayeul, qui, lorſqu'il étoit Tribun du Peuple, irrité contre les Pontifes qui avoient donné à un autre qu'à lui la place de ſon pere, fit paſſer au Peuple le droit qu'ils avoient de nommer à ces places, & qui dans ſon conſulat ayant vaincu les Auvergnats & les Allobroges, traverſa la Province où il commandoit, monté ſur un éléphant & ſuivi de la foule des ſoldats, comme dans la cérémonie du triomphe. C'eſt de lui que l'Orateur Craſſus diſoit qu'il n'étoit pas étonnant qu'il eût une barbe de cuivre, puiſqu'il avoit une bouche de fer & un cœur de plomb. Son fils étant Préteur, voulut faire rendre compte à Jules-Ceſar devant le Sénat de tout ce qu'il avoit fait d'illégal & d'irréligieux pendant ſon conſulat. Conſul lui-même, il eſſaya de lui faire ôter le commandement des Légions de la Gaule; & nommé pour lui ſuccéder, par la faction de Pompée, il fut pris dans Corfou au commencement de la guerre civile. Renvoyé libre, il alla ſecourir Marſeille aſſiégée qu'il raſſura un moment & qu'il abandonna tout à coup: enfin il périt à la journée de Pharſale. Il avoit trop peu de fermeté dans le caractere & trop de dureté: dans un moment de déſeſpoir il voulut ſe donner la mort, & avala du poiſon; mais il s'en repentit auſſi-tôt, prit des vomitifs & affranchit (1) ſon Médecin, qui prévoyant ce retour, avoit préparé le poiſon de maniere à en affoiblir l'effet. C'eſt lui qui, lorſque Pompée délibéroit ſur la maniere dont il fal-

---

eſclaves des Médecins, des Chirurgiens & des Artiſtes de tout genre.

ac neutram partem ſequentibus, ſolus cenſuit hoſtium numero habendos.

III. Reliquit filium omnibus gentis ſuæ procul dubio præferendum. Is inter conſcios Cæſarianæ necis, quamquam inſons, damnatus lege Pediâ, cùm ad Caſſium Brutumque ſe, propinquâ ſibi cognatione junctos, contuliſſet, poſt utriuſque interitum claſſem olim commiſſam retinuit, auxit etiam, nec niſi partibus ubique profligatis, Marco Antonio ſponte & ingentis meriti loco tradidit, ſoluſque omnium ex iis qui pari lege damnati erant, reſtitutus in patriam, ampliſſimos honores percucurrit. Ac ſubinde redintegratâ diſſenſione civili, eidem Antonio legatus, delatam ſibi ſummam imperii ab iis quos Cleopatræ pudebat, neque ſuſcipere neque recuſare fidenter, propter ſubitam valetudinem, auſus, tranſiit ad Auguſtum: & in diebus paucis obiit, nonnullâ & ipſe infamiâ adſperſus: nam Antonius eum deſiderio amicæ Serviliæ Naïdis transfugiſſe jactavit.

IV. Ex hoc Domitius naſcitur, quem emptorem familiæ pecuniæque in teſtamento Auguſti fuiſſe, mox vulgo notatum eſt: non minus aurigandi arte in adoleſcentia clarus, quàm deinde ornamentis triumphalibus ex Germanico bello. Verum arrogans, profuſus, immitis, cenſorem Lucium Plancum via ſibi decedere ædilis coegit:

loit

loit traiter ceux qui resteroient neutres entre Cesar & lui, fut seul d'avis qu'on les regardât comme ennemis.

Il laissa un fils qui fut le meilleur des Domitius. Enveloppé dans la loi Pédia contre les complices de la mort de César, dont il n'étoit pas, il se retira auprès de Cassius & de Brutus qui lui étoient alliés; après leur mort il sut conserver & même fortifier une flotte qu'il commandoit, & ne la remit à Marc Antoine qu'après la défaite entiere de son parti & par un accommodement volontaire, dont on lui sut si bon gré que seul de tous ceux qu'avoit condamnés la loi Pédia, il fut rétabli dans sa patrie, & élevé à tous les honneurs. La guerre civile s'étant rallumée, il fut un des Lieutenants d'Antoine, & ceux des soldats qui avoient honte d'obéir à Cléopatre lui offrirent le commandement; mais ne se sentant pas assez de force pour le soutenir ou pour le refuser dans le mauvais état de sa santé, il passa auprès d'Auguste. Il ne fut pas non plus à l'abri de tout reproche; car Antoine prétendit qu'il ne l'avoit abandonné que pour aller retrouver sa Maîtresse Servilia-Naïs.

De lui naquit Domitius, qui fut l'exécuteur testamentaire d'Auguste, aussi connu dans sa jeunesse par son habileté à conduire un char, qu'illustré dans la suite par les ornements triomphaux qu'il mérita dans la guerre de Germanie. Il étoit fier, prodigue & cruel. Etant Edile il força Lucius Plancus, qui étoit Censeur, à se

præturæ consulatusque honore equites Romanos matronasque ad agendum mimum produxit in scenam : venationesque & in circo & in omnibus Urbis regionibus dedit. Munus etiam gladiatorium, sed tantâ sævitiâ, ut necesse fuerit Augusto clam frustrè monitum edicto coercere.

V. Ex Antonia majore patrem Neronis procreavit, omni parte vitæ detestabilem. Siquidem comes ad orientem Caii Cæsaris juvenis, occiso liberto suo, quod potare quantum jubebatur recusarat, dimissus e cohorte amicorum nihilo modestius vixit. Sed & in viæ Appiæ vico repente puerum citatis jumentis haud ignarus obtrivit : & Romæ medio foro cuidam equiti Romano liberius jurganti oculum eruit : perfidiæ vero tantæ, ut non modo argentarios preciis rerum coemptarum, sed & in prætura mercede palmarum aurigarios fraudaverit. Notatus ob hæc & sororis joco, querentibus dominis factionum, repræsentanda præmia in posterum sanxit. Majestatis quoque & adulteriorum, incestique cum sorore Lepida sub excessu Tiberii reus, mutatione temporum evasit : decessitque Pyrgis morbo aquæ intercutis, sublato filio Nerone ex Agrippina Germanico genita.

VI. Nero natus est Antii post novem menses quam Tiberius excessit, decimo octavo Kalendas Januarias, tantùm quod exoriente sole, pene

ranger ſur ſon paſſage. Dans ſon conſulat & dans ſa préture, il fit paroître ſur la ſcène des Chevaliers & des Dames Romaines pour jouer des pantomimes, & donna dans le cirque & dans tous les quartiers de la ville des combats de bêtes & de gladiateurs, mais avec tant d'inhumanité, qu'Auguſte, qui lui en avoit fait en particulier des reproches inutiles, fut obligé de le réprimer par un Edit. Il eut d'Antonie l'aînée un fils qui fut pere de Néron, & dont la vie fut abominable. Ce fils attaché en Orient au jeune Caius Ceſar, tua un Affranchi pour n'avoir pas voulu boire autant qu'il l'ordonnoit; & renvoyé pour ce meurtre de la Cour du Prince, il ne ſe conduiſit pas avec plus de modération. Il écraſa exprès un enfant dans la voie Appienne en faiſant prendre le galop à ſes chevaux. Il arracha un œil à un Chevalier Romain qui diſputoit contre lui dans la place publique. Il étoit de ſi mauvaiſe foi, qu'il voulut priver les Tréſoriers du ſalaire qui leur revenoit de leur vacation dans les ventes, & les vainqueurs dans les courſes de chariots, du prix de leur victoire. Cependant les railleries de ſa ſœur & les plaintes des Entrepreneurs, l'engagerent à ſtatuer que dans la ſuite les vainqueurs ſeroient payés ſur le champ. Accuſé vers la fin du régne de Tibere pour crime de leze-Majeſté, d'adultere & d'inceſte avec ſa ſœur Lepida, le changement de Maître le ſauva de ces pourſuites. Il mourut d'hydropiſie à Pyrges, laiſſant d'Agrippine, fille de Germanicus, un fils nommé Néron.

Néron naquit à Antium neuf mois après la mort de Tibere, le 15 de Décembre, au lever du ſoleil, en ſorte qu'il fut frappé de ſes rayons

ut radiis prius quàm terra contingeretur. De genitura ejus ſtatim multa & formidoloſa multis conjectantibus, præſagio fuit etiam Domitii patris vox, inter gratulationes amicorum negantis quidquam ex ſe & Agrippina niſi deteſtabile & malo publico naſci potuiſſe. Ejuſdem futuræ infelicitatis ſignum evidens die luſtrico exſtitit: nam Caius Cæſar, rogante ſorore ut infanti quod vellet nomen daret, intuens Claudium patruum ſuum, a quo mox principe Nero adoptatus eſt, ejus ſe dixit dare: neque id ipſe seriò, ſed per jocum, & aſpernante Agrippinâ, quod tum Claudius inter ludibria aulæ erat. Trimulus patrem amiſit: cujus ex parte tertia heres, ne hanc quidem integram cepit, correptis per coheredem Caium univerſis bonis & ſubinde matre etiam relegatâ, pene inops atque egens apud amitam Lepidam nutritus eſt, ſub duobus pædagogis, ſaltatore atque tonſore. Verum Claudio imperium adepto, non ſolùm paternas opes recuperavit, ſed & Criſpi Paſſieni vitrici ſui hereditate ditatus eſt. Gratiâ quidem & potentiâ revocatæ reſtitutæque matris uſque eo floruit, ut emanaret in vulgus, miſſos a Meſſalina uxore Claudii, qui eum meridiantem quaſi Britannici æmulum ſtrangularent. Additum fabulæ eſt, eoſdem dracone e pulvino ſe proferente conterritos refugiſſe. Quæ fabula exorta eſt,

avant que de toucher la terre (1). Parmi beaucoup de conjectures effrayantes qu'on forma à l'instant de sa naissance, on regarda comme un présage la réponse de Domitius son pere aux félicitations de ses amis : *d'Agrippine & de moi il ne peut naître qu'un monstre, un fléau de l'humanité.* On remarqua un autre pronostic aussi malheureux : le jour qu'on le nomma (2), Caius Cesar, pressé par sa sœur de lui donner le nom qu'il voudroit, lui donna en plaisantant celui de Claude son oncle, qui depuis l'adopta lorsqu'il fut Empereur, & ce nom fut rejetté par Agrippine, parcequ'alors Claude étoit le jouet de la Cour. A trois ans il perdit son pere, & n'eut pas même le tiers de sa succession qui lui étoit assigné, parceque Caius son cohéritier envahit tous les biens & même exila sa mere. Réduit presqu'à l'indigence, il fut nourri chez sa tante Lépida & abandonné pendant son enfance à un danseur & à un barbier. Sous le regne de Claude il rentra dans les biens de son pere, & s'enrichit de l'héritage de son beau-pere Crispus Passiénus. Le crédit de sa mere, lorsqu'elle fut rappellée à Rome, devint si florissant, que le bruit courut que Messaline avoit voulu faire étrangler Néron pendant son sommeil, comme un rival de Britannicus : on ajouta que les meurtriers s'étoient enfuis, effrayés par un serpent qui parut sortir de son lit. Ce qui donna lieu à cette

(1) C'étoit une cérémonie chez les Romains de faire toucher la terre aux enfants qui venoient de naître, afin de les recommander à cette Divinité.

(2) C'étoit ordinairement le huitieme jour, qu'on appelloit le *jour lustrique* (*dies lustricus*), c'est-à-dire jour de purification, jour d'inauguration.

deprehenſis in lecto ejus circum cervicalia ſerpentis exuviis , quas tamen aureæ armillæ ex voluntate matris incluſas dextro brachio geſtavit aliquamdiu ; ac tædio tandem maternæ memoriæ abjecit : rurſuſque extremis ſuis rebus fruſtrà requiſivit.

VII. Tener adhuc, nec dum maturâ pueritiâ, circenſibus ludis Troiam conſtantiſſimè favorabiliterque luſit. Undecimo ætatis anno a Claudio adoptatus eſt, Annæoque Senecæ jam tunc ſenatori in diſciplinam traditus. Ferunt Senecam proximâ nocte viſum ſibi per quietem Caio Cæſari præcipere : & fidem ſomnio Nero brevi fecit, proditâ immanitate naturæ quibus primùm potuit experimentis. Namque Britannicum fratrem, quod ſe poſt adoptionem Ænobarbum ex conſuetudine ſalutaſſet, ut ſubditivum apud patrem arguere conatus eſt. Amitam etiam Lepidam, ream teſtimonio coram afflixit, gratificans matri a qua rea premebatur. Deductus in forum tiro, populo congiarium, militi donativum propoſuit : indictaque decurſione prætorianis, ſcutum ſuâ manu prætulit : exinde patri gratias in ſenatu egit. Apud eumdem conſulem pro Bononienſibus latinè, & pro Rhodiis atque Ilienſibus græcè verba fecit. Auſpicatus eſt & juriſdictionem, præfectus Urbis ſacro Latinarum, celeberrimis patronis non translatitias, ut aſſolet,

fable, c'eſt qu'on trouva un jour auprès de ſon oreiller quelques morceaux de la peau d'un ſerpent : ſa mere les lui fit porter pendant quelque tems dans un bracelet d'or attaché à ſon bras droit. Dans la ſuite il jetta ce bracelet qui lui rappelloit une mémoire importune ; il le redemanda dans ſes derniers moments, & il ne ſe trouva plus.

Etant encore dans l'enfance, il fut aſſidument un des acteurs des jeux Troyens dans le cirque, & reçut beaucoup de témoignages de la faveur du peuple. A onze ans il fut adopté par Claude, & mis ſous la conduite de Séneque, déja Sénateur. Séneque rêva, dit-on, qu'il étoit Précepteur de Caligula, & Néron vérifia bientôt ce ſonge, en donnant le plutôt qu'il pût des marques de ſon caractere exécrable. Son frere Britannicus l'ayant appellé par habitude Ænobarbus après ſon adoption, il s'efforça de faire croire à Claude que Britannicus n'étoit point ſon fils, mais un enfant ſuppoſé par Meſſaline. Il parut en témoignage contre ſa tante Lépida, pour plaire à Agrippine ſon accuſatrice.

Il fit des préſents au peuple & aux ſoldats à l'occaſion de ſes premiers exercices dans le Barreau ; il porta le bouclier dans la revue des Gardes prétoriennes, & fit un diſcours de remerciment, dans le Sénat, à ſon pere adoptif ; il plaida en latin devant Claude, alors Conſul, pour les Boulonois, & en grec pour les Rhodiens & les Troyens. Sa premiere magiſtrature fut celle de Gouverneur de la ville pendant les fêtes Latines ; & les Avocats qui avoient ordre de Claude de le ménager, n'y eurent aucun égard : au lieu de ne l'occuper que de cauſes faciles & communes, ils porterent devant lui des conteſ-

& breves, ſed maximas plurimaſque poſtulationes certatim ingerentibus, quamvis interdictum a Claudio eſſet. Nec multo poſt duxit uxorem Octaviam: ediditque pro Claudii ſalute Circenſes & venationem.

VIII. Septemdecim natus annos, ut de Claudio palam factum eſt, inter horam ſextam ſeptimamque proceſſit ad excubitores, cùm ob totius diei diritatem non aliud auſpicandi tempus accommodatius videretur: proque Palatii gradibus imperator conſalutatus, lecticâ in caſtra, & inde raptim appellatis militibus in curiam delatus eſt: diſceſſitque jam veſperi: ex immenſis quibus cumulabatur honoribus tantùm patris patriæ nomine recuſato propter ætatem.

IX. Orſus hinc a pietatis oſtentatione, Claudium apparatiſſimo funere elatum laudavit conſecravitque. Memoriæ Domitii patris honores maximos habuit. Matri ſummam omnium rerum publicarum privatarumque permiſit. Primo etiam imperii die ſignum excubanti tribuno dedit, Optimam matrem: ac deinceps ejuſdem ſæpe lecticâ per publicum ſimul vectus eſt. Antium coloniam deduxit, adſcriptis veteranis e prætorio, additiſque per domicilii translationem ditiſſimis primipilarium, ubi & portum operis ſumptuoſiſſimi fecit.

(1) Ordinairement cette cérémonie ſe faiſoit au point du jour, tems qui étoit regardé comme de meilleur augure.

tations graves & compliquees. Quelque tems après il épousa Octavie, & fit célébrer des jeux dans le cirque en forme de vœux pour la conservation de Claude.

Il avoit dix-sept ans lorsqu'on annonça la mort de Claude. Il parut devant les Gardes entre midi & une heure, le mauvais tems n'ayant pas permis que les auspices fussent plutôt favorables (1). Il fut salué Empereur sur les dégrés du Palais & porté en litiere dans le camp; là il assembla les soldats à la hâte & vint dans le Sénat, d'où il ne sortit que le soir, n'ayant refusé aucun des honneurs dont on le combloit, si ce n'est le titre de pere de la patrie qui ne convenoit pas à son âge.

Passant delà à des démonstrations de piété, il fit faire de magnifiques funérailles à Claude, prononça son oraison funebre, & le fit mettre au rang des Dieux (2). Il rendit de grands honneurs à la mémoire de son pere Domitius; il abandonna à sa mere une autorité sans bornes, & le premier jour de son regne il donna pour mot du guet au Tribun qui étoit de garde, *la meilleure des meres*. Dans la suite on le vit souvent en public avec elle dans la même litiere. Il établit un colonie à Antium, composée de Prétoriens vétérans & des plus riches Centurions transplantés: il y fit construire aussi un très beau port.

(2) Pour ôter toute apparence de contradiction entre ce que Suétone dit ici de l'apothéose de Claude, & ce qu'il dit à la fin du régne de ce Prince, il faut avertir le Lecteur, qu'il verra dans la vie de Vespasien, que cet Empereur rétablit le Temple dédié à la divinité de Claude, & presque entierement détruit par Néron.

X. Atque, ut certiorem adhuc indolem oftenderet, ex Augufti præfcripto imperaturum fe profeffus, neque liberalitatis, neque clementiæ, nec comitatis quidem exhibendæ ullam occafionem omifit. Graviora vectigalia aut abolevit, aut minuit. Præmia delatorum Papiæ legis ad quartas redegit, divifis populo viritim quadringenis nummis. Senatorum nobiliffimo cuique, fed a re familiari deftituto, annua falaria, & quibufdam quingena conftituit. Item prætorianis cohortibus frumentum menftruum gratuitum. Et cùm de fupplicio cujufdam capite damnati ut ex more fubfcriberet admoneretur: Quàm vellem inquit nefcire litteras. Omnes ordines fubinde, ac memoriter, falutavit. Agenti fenatui gratias, refpondit: cum meruero. Ad campeftres exercitationes fuas admifit & plebem: declamavit & fæpius publicè: recitavit & carmina, non modo domi, fed in theatro, tantâ univerforum lætitiâ, ut ob recitationem fupplicatio decreta fit, atque pars carminum aureis litteris Jovi Capitolino dicata.

XI. Spectaculorum plurima & varia genera edidit: juvenales, circenfes, fcenicos ludos, gladiatorium munus. Juvenalibus fenes quoque confulares, anufque matronas recepit ad lufum.

---

(1) 80 livres. (2) 10000 livres.
(3) C'étoient précifément des amplifications de rhéto-

Pour donner encore une meilleure idée de son caractere, il annonça qu'il régneroit suivant les principes d'Auguste, & ne manqua aucune occasion de faire paroître sa libéralité, sa clémence & sa douceur. Il abolit ou diminua les impôts; il réduisit à un quart le salaire des délateurs, fixé par la loi Papia, & distribua au peuple quatre cents sesterces (1) par tête. Il assigna à ceux des Sénateurs qui joignoient à une grande naissance une extrême pauvreté, des appointements annuels dont plusieurs alloient jusqu'à cinq cents grands sesterces (2). Il fit donner tous les mois des rations de bled gratuites aux soldats prétoriens: & un jour qu'il signoit la condamnation d'un criminel: *Je voudrois*, dit-il, *ne savoir point écrire.* Il saluoit tous les citoyens par leurs noms. Il répondit au Sénat qui lui rendoit des actions de grace: *Vous me remercierez quand je l'aurai mérité* Il admettoit le peuple à ses exercices du champ de Mars. Il prononça souvent en public des discours qu'on appelloit *déclamations* (3). Il récita aussi des vers non seulement chez lui, mais sur le théâtre; ce qui causa une joie si universelle, que l'on rendit des actions de grace aux Dieux, & qu'une partie de ces vers fut gravée en lettres d'or, & dédiée à Jupiter Capitolin.

Il donna des spectacles de tous les genres & en grand nombre; des jeux nommés *juvenaux, ou de la jeunesse;* des jeux du cirque des jeux dramatiques, des combats de gladiateurs. Il admit des vieillards consulaires & de vieilles matrones

---

rique, des discours sur des sujets feints où s'exerçoient les Rhéteurs & leurs Disciples. On en voit une foule d'exemples dans Quintilien.

Circensibus loca equiti secreta a ceteris tribuit: commisitque etiam camelorum quadrigas. Ludis, quos pro æternitate imperii susceptos appellari Maximos voluit, ex utroque ordine & sexu plerique ludicras partes sustinuerunt. Notissimus eques Romanus elephanto supersedens per catadromum decucurrit. Inducta est & Afranii togata, quæ Incendium inscribitur: concessumque ut scenici ardentis domûs supellectilem diriperent, ac sibi haberent. Sparsa & populo missilia omnium rerum per omnes dies singula quotidie millia: avium cujusque generis multiplex penus, tesseræ frumentariæ, vestis, aurum, argentum, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, jumenta, atque etiam mansuetæ feræ; novissimè naves, insulæ, agri.

XII. Hos ludos spectavit e proscenii fastigio. Munere quod in amphitheatro ligneo, in regione Martii campi intra anni spatium fabricato, dedit, neminem occidit, ne noxiorum quidem. Exhibuit autem ad ferrum etiam quadringentos senatores, sexcentosque equites Romanos, & quosdam fortunæ atque existimationis integræ ex iisdem ordinibus, confectoresque ferarum, & ad varia arenæ ministeria. Exhibuit & naumachiam marinâ aquâ innantibus belluis, item Pyrrhichas quasdam e numero epheborum; quibus post editam operam diplomata civitatis

aux jeux *de la jeunesse.* Il donna aux Chevaliers une place marquée dans les jeux du cirque, & il y fit paroître jusqu'à des attelages de chameaux. Dans *les grands jeux* pour l'éternité de l'Empire, appellés ainsi par son ordre, la Noblesse des deux sexes joua un rôle. Un Chevalier Romain très connu courut dans la lice sur un éléphant. On joua une comédie d'Afranius, intitulée *l'Incendie*, & l'on abandonna aux acteurs le pillage d'une maison qui devoit brûler dans la piece. On distribua au peuple pendant plusieurs jours, & en grande quantité, des provisions & des présents de toute espece, des oiseaux, du bled, des habits, de l'or, de l'argent, des perles, des pierreries, des tableaux, des esclaves, des bêtes de somme, des bêtes apprivoisées, & enfin des vaisseaux, des isles & des terres (1).

Il regarda ces jeux du faîte de l'avant-scène. Il fit construire dans l'espace d'une année, vis-à-vis du champ de Mars, un amphithéâtre de bois, dans lequel il donna un spectacle de gladiateurs, où personne ne fut mis à mort, pas même ceux qui combattirent comme criminels; mais il y exposa quatre cents Sénateurs & six cents Chevaliers; & plusieurs citoyens de ces deux ordres, à l'abri de tout reproche dans leur réputation comme dans leur fortune, se mesuroient contre des bêtes féroces, & servirent dans l'arene à différents emplois. Il donna aussi une *naumachie* dans un canal d'eau de mer, où l'on vit nager des monstres marins. De jeunes enfants étrangers danserent l'espece de ballet nommé pyrrhique, & après la danse il leur

(1) C'est-à-dire qu'on distribua des lots qui contenoient toutes ces différentes choses, & qui en assuroient la propriété à ceux à qui ils étoient échus.

Romanæ ſingulis obtulit. Inter Pyrrhicharum argumenta, taurus Paſiphaen ligneo juvencæ ſimulacro abditam iniit, ut multi ſpectantium crediderunt. Icarus primò ſtatim conatu juxta cubiculum ejus decidit, ipſumque cruore reſperſit: nam perrarò præſidere, ceterum accubans primùm parvis foraminibus, deinde toto podio adaperto ſpectare conſueverat. Inſtituit & quinquennale certamen primus omnium Romæ, more Græco, triplex, muſicum, gymnicum, equeſtre, quod appellavit Neronia. Dedicatiſque thermis atque gymnaſio, ſenatui quoque & equiti oleum præbuit. Magiſtros toti certamini præpoſuit conſulares ſorte, ſede prætorum: deinde in orcheſtram ſenatumque deſcendit, & orationis quidem carminiſque Latini coronam, de qua honeſtiſſimus quiſque contenderat, ipſorum conſenſu conceſſam ſibi recepit. Citharæ autem a judicibus ad ſe delatam adoravit, ferrique ad Auguſti ſtatuam juſſit. Gymnico, quod in Septis edebat, inter buthyſiæ apparatum, barbam primam poſuit, conditamque in auream pyxidem, & precioſiſſimis margaritis adornatam Jovi Capitolino conſecravit. Ad athletarum ſpectaculum invitavit & virgines Veſtales, quia Olympiæ Cereris ſacerdotibus ſpectare conceditur.

XIII. Non immeritò inter ſpectacula ab eo edita, & Tiridatis in Urbem introitum retule-

offrit à tous des Lettres de bourgeoisie Romaine. Le sujet d'un de ces ballets étoit Pasiphaé : une femme enfermée dans une vache de bois faisoit ce rôle, & un taureau paroissoit la violer réellement, du moins à ce que la multitude croyoit voir. Un Icare tomba dès son premier effort auprès de Néron & le couvrit de sang ; car rarement il occupoit au spectacle la place d'honneur : il regardoit d'abord par de petites ouvertures & ensuite par une balustrade absolument découverte. Il statua le premier que l'on joueroit tous les cinq ans des jeux *triples*, à l'imitation des Grecs, & que l'on appelleroit *Néroniens*, qui seroient composés de musique, de courses de cavalerie & de spectacles nommés *gymniques* (1). Il fit consacrer le lieu des exercices & les bains, & distribuer de l'huile aux Sénateurs & aux Chevaliers. Il fit tirer au sort, pour présider à ces jeux, des citoyens consulaires, qui occuperent la place des Préteurs ; ensuite il descendit dans l'orchestre, & reçut la couronne d'éloquence & de poésie latine, de l'avis unanime de ses concurrents même, qui étoient les plus illustres citoyens de Rome. Quant à celle qu'il reçut des Juges, comme joueur de harpe, il la consacra au pied de la statue d'Auguste. Dans les *gymniques* qu'il donna au champ de Mars, il déposa sa premiere barbe au milieu d'un sacrifice, l'enferma dans une boîte d'or ornée de pierreries, & l'offrit à Jupiter Capitolin. Il invita les vestales à venir voir les athletes, par la raison que les prêtresses de Cérès assistoient aux jeux olimpiques.

On compte avec raison parmi les spectacles

---

(1) C'est-à-dire, tous les exercices des Athletes Grecs, la lutte, la course, le ceste, le disque, &c.

rim. Quem Armeniæ regem magnis pollicitationibus ſolicitatum, cum deſtinato per edictum die oſtenſurus populo propter nubilum diſtuliſſet, produxit quo opportuniſſimè potuit: diſpoſitis circa fori templa armatis cohortibus, curuli reſidens apud Roſtra triumphantis habitu, inter ſigna militaria atque vexilla: & primò per devexum pulpitum ſubeuntem admiſit ad genua, allevatumque dextrâ exoſculatus eſt: dein precanti, tiarâ deductâ, diadema impoſuit; verba ſupplicis interpretata prætorio viro multitudini pronuntiante. Perductum deinde in theatrum, ac rurſus ſupplicantem, juxta ſe latere dextro collocavit. Ob quæ imperator conſalutatus, laurea in Capitolium lata, Janum geminum clauſit tam nullo quàm reſiduo bello.

XIV. Conſulatus quatuor geſſit, primum bimeſtrem, ſecundum & noviſſimum ſemeſtres, tertium quadrimeſtrem: medios duos continuavit, reliquos inter annua ſpatia variavit.

XV. In juriſdictione poſtulatoribus niſi ſequenti die, ac per libellos, non temere reſpondit. In cognoſcendo, morem eum tenuit, ut continuis actionibus omiſſis, ſigillatim quæque per vices ageret. Quoties autem ad conſultandum ſecederet, neque in commune quidquam, neque propalam deliberabat: ſed & conſcriptas ab unoquoque ſententias tacitus ac ſecreto legens quid

qu'il

qu'il donna, l'arrivée de Tiridate dans Rome. Ce Roi d'Arménie attiré par ses promesses, devoit paroître devant le peuple un jour annoncé par un édit; mais le mauvais tems y mit obstacle. Néron le montra de la maniere la plus avantageuse pour lui : des cohortes étoient rangées sous les armes auprès de la place publique ; lui-même étoit assis dans la tribune aux harangues, sur un siége d'ivoire, en habits triomphaux, entouré des enseignes militaires & des aigles Romaines. Tiridate monta les dégrés, & se mit à ses genoux. Néron le releva & l'embrassa ; reçut ensuite ses prieres, lui ôta le bonnet qui le couvroit, & lui mit le diadême sur la tête. Pendant ce tems un Préteur expliquoit à la multitude le compliment de Tiridate. Delà il le conduisit au théâtre, où le Prince lui fit de nouvelles supplications, & fut placé à sa droite. Néron fut salué Empereur, porta sa couronne de laurier dans le Capitole, & ferma le temple de Janus, sans s'embarrasser s'il y avoit guerre ou non.

Il fut quatre fois consul ; la premiere fois pendant deux mois, la seconde & la derniere pendant six, & la troisieme pendant quatre. Ses deux premiers consulats furent consécutifs ; les deux autres, à différents intervalles.

Il ne répondoit gueres aux demandes des plaideurs que le lendemain & par écrit. Quant à sa maniere de rendre la justice, au lieu de suivre la méthode ordinaire des tribunaux qui n'admettoient qu'une seule cause à la fois, il en expédioit plusieurs ensemble les unes après les autres. Toutes les fois qu'il vouloit prendre conseil, il ne délibéroit point en commun & publiquement ; mais

ipſi libuiſſet, perinde atque pluribus idem videretur, pronuntiabat. In curiam libertinorum filios diù non admiſit: admiſſiſque a prioribus principibus honores denegavit. Candidatos qui ſupra numerum eſſent, in ſolatium dilationis ac moræ, legionibus præpoſuit. Conſulatum in ſenos plerumque menſes dedit. Defunctoque circa Kalendas Januarias altero e conſulibus, neminem ſubſtituit: improbans exemplum vetus Caninii Rebili, uno die conſulis. Triumphalia ornamenta, etiam quæſtoriæ dignitatis, & nonnullis ex equeſtri ordine tribuit: nec utique de cauſa militari. De quibuſdam rebus rationes ad ſenatum miſſas, præterito quæſtoris officio, per conſules plerumque recitabat.

XVI. Formam ædificiorum Urbis novam excogitavit: & ut ante inſulas ac domos porticus eſſent, de quarum ſolariis incendia arcerentur; eaſque ſumptu ſuo exſtruxit. Deſtinarat etiam Oſtia tenùs mœnia promovere, atque inde foſsâ mare veteri Urbi inducere. Multa ſub eo & animadverſa ſevere & coercita, nec minùs inſtituta: adhibitus ſumptibus modus: publicæ cœnæ ad ſportulas redactæ: interdictum ne quid in po-

(1) Rien n'eſt plus ſage que cette méthode: (car on peut apprendre quelque choſe, même d'un Tyran). Dans une délibération publique, une foule de circonſtances imprévues vous donnent ſouvent une voix qui ne ſeroit pas la vôtre: on dépend un peu de ſes voiſins & du public. Dans le ca-

il prenoit l'avis de chacun par écrit (1), le lisoit seul & avec attention ; & quand il avoit pris son parti, il prononçoit l'arrêt, comme s'il eût été le résultat d'une délibération générale. Pendant long-tems il n'admit point dans le Sénat les fils d'affranchis, & n'accorda aucun honneur à ceux que ses prédécesseurs y avoient introduits. Pour consoler & dédommager les candidats qui étoient frustrés, il leur donnoit des légions à commander. Il ne conféroit ordinairement le consulat que pour six mois. Un des Consuls étant mort vers les calendes de janvier, il ne le remplaça point, blâmant l'ancien exemple de Caninius Rébilus, qui avoit été Consul un jour. Il accorda les ornements du triomphe à des Questeurs & même à de simples Chevaliers, souvent sans qu'ils eussent servi. Il envoyoit quelquefois des Mémoires au Sénat qu'il faisoit lire par les Consuls, quoique ce fût l'office du Questeur.

Il traça un nouveau plan pour la structure des maisons de Rome, & fit bâtir à ses frais des portiques au-devant de chaque maison, afin que du haut de leurs plattes-formes on pût écarter les incendies. Il vouloit étendre les limites de Rome jusqu'à Ostie, & y faire entrer la mer par un canal. Il y eut sous son regne beaucoup d'abus réprimés & punis, & beaucoup de reglements séveres. Il mit des bornes au luxe & à la dépense. Les festins publics que l'on donnoit au peuple furent réduits à de simples rations que l'on nommoit *sportules :*

---

binet, on ne dépend que de soi & de la vérité. Ajoutez encore qu'on met une autre importance à ce qu'on écrit qu'à ce qu'on dit : les avis de chaque Conseiller seroient déposés au greffe, & ce recueil seroit le dépôt de leur gloire ou de leur infamie.

pinis cocti præter legumina aut olera veniret; cùm antea nullum non opsonii genus proponeretur: afflicti suppliciis Christiani, genus hominum superstitionis novæ ac maleficæ: vetiti quadrigariorum lusus, quibus inveteratâ licentiâ passim vagantibus, fallere ac furari per jocum jus erat: pantomimorum factiones cum ipsis simul relegatæ.

XVII. Adversùs falsarios tunc primum repertum ne tabulæ, nisi pertusæ ac ter lino per foramina trajecto, obsignarentur. Cautum ut in testamentis primæ duæ ceræ, testatorum modo nomine inscripto, vacuæ signaturis ostenderentur: ac ne quis alieni testamenti scriptor legatum sibi adscriberet. Item ut litigatores pro patrociniis certam justamque mercedem; pro subselliis nullam omnino darent, præbente ærario gratuita; utque rerum actu ab ærario causæ ad forum ac recuperatores transferrentur; & ut omnes appellationes a judicibus ad senatum fierent.

XVIII. Augendi propagandique imperii, neque voluntate ullâ neque spe motus unquam, etiam ex Britannia deducere exercitum cogitavit: nec nisi verecundia, ne obtrectare parentis gloriæ videretur, destitit. Ponti modò regnum, concedente Polemone, item Alpium, defuncto Cottio, in provinciæ formam redegit.

il fut défendu de vendre rien de cuit dans les cabarets si ce n'est des légumes; on y vendoit auparavant toutes sortes de mets. Il sévit contre les Chrétiens, espece d'hommes livrés aux superstitions & aux sortileges. Il mit un frein à la licence des cochers qui se faisoient un jeu de voler & de friponner en courant par la ville : ces sortes de courses furent défendues. Il exila ceux qui cabaloient pour ou contre les pantomimes, & les pantomimes eux-mêmes qui excitoient ces factions.

Pour prévenir les tromperies des faussaires, il ordonna que les tablettes seroient percées en plusieurs endroits, & fermées avec un fil passé trois fois dans les trous; que dans l'original d'un testament les deux premieres pages ne contiendroient que le nom du testateur sans aucune autre signature, & que personne, écrivant le testament d'un autre, ne pourroit y recevoir un legs. Il régla & assura le salaire des Avocats; mais il défendit qu'on louât les siéges aux plaideurs dans les tribunaux, & voulut qu'ils fussent fournis par le trésor public. A l'égard des causes qui regardoient le fisc, il les évoqua au barreau & devant les Juges ordinaires, & permit qu'on appellât au Sénat de tous les Jugements.

Jamais il ne céda à l'espérance ni à la tentation d'augmenter l'Empire : il voulut même retirer les légions d'Angleterre, mais il s'en abstint pour ne pas paroître détruire les monuments de la gloire de son pere. Il se contenta de réduire en provinces Romaines le royaume de Pont que lui céda le Roi Polémon, & celui de Cottius (1) dans les Alpes, après la mort de ce Prince.

(1) Ce Royaume étoit probablement le Piémont.

XIX. Peregrinationes duas omninò ſuſcepit, Alexandrinam & Achaïcam : ſed Alexandrinâ ipſo profectionis die deſtitit, turbatus religione ſimul ac periculo ; nam circuitis templis cùm in æde Veſtæ reſediſſet, conſurgenti ei primùm lacinia obhæſit, deinde tanta oborta caligo eſt, ut diſpicere non poſſet. In Achaia Iſthmum perfodere aggreſſus, prætorianos pro concione ad inchoandum opus cohortatus eſt : tubâque ſigno dato, primus raſtello humum effodit, & corbulâ congeſtam humeris extulit. Parabat & ad Caſpias portas expeditionem, conſcriptâ ex Italicis ſenum pedum tironibus novâ legione, quàm Magni Alexandri phalangem appellabat. Hæc partim nullâ reprehenſione, partim etiam non mediocri laude digna in unum contuli, ut ſecernerem a probris ac ſceleribus ejus, de quibus dehinc dicam.

XX. Inter ceteras diſciplinas pueritiæ tempore imbutus & muſicâ, ſtatim ut imperium adeptus eſt, Terpnum citharœdum vigentem tunc præter alios accerſiit : diebuſque continuis poſt cœnam canenti in multam noctem aſſidens, paulatim & ipſe meditari exercerique cœpit : nec eorum quidquam omittere, quæ generis ejus artifices, vel conſervandæ vocis causâ, vel augendæ factitarent ; ſed & plumbeam chartam ſupinus pectore ſuſtinere, & clyſtere vomituque

Il n'entreprit que deux voyages, l'un à Alexandrie, & l'autre dans l'Achaïe. Il renonça au premier par crainte & par ſcrupule le jour même qu'il devoit partir, parceque s'étant aſſis dans le temple de Veſta, après avoir viſité les autres temples, il s'embarraſſa dans ſa robe au moment où il vouloit ſe lever, & ſentit ſes yeux s'obſcurcir de maniere à ne plus diſtinguer les objets. Dans l'Achaïe il eſſaya de percer l'iſthme de Corinthe; & ayant harangué les cohortes prétoriennes pour les exhorter à ce grand ouvrage, il fit donner le ſignal avec des trompettes, donna le premier coup de bêche, & porta ſur ſes épaules un panier rempli de terre. Il méditoit une expédition militaire vers les portes Caſpiennes, & il avoit levé pour ce deſſein une nouvelle légion Italienne compoſée d'hommes de ſix pieds, qu'il appelloit la phalange d'Alexandre le grand.

J'ai raſſemblé tous ces faits, dont les uns ſont louables & les autres ne ſont pas répréhenſibles, pour les ſéparer des infamies & des crimes dont je vais commencer le récit.

La muſique étoit un des arts dont on l'avoit inſtruit dans ſon enfance. Dès qu'il fut élevé à l'Empire il fit venir Terpnus, le meilleur joueur de harpe de ſon tems, & pendant pluſieurs jours de ſuite il l'entendit chanter après le repas juſques bien avant dans la nuit. Peu à peu il ſe mit à méditer ſur cet art & à s'y exercer, prenant toutes les précautions dont ſe ſervent ordinairement les artiſtes de ce genre pour conſerver leur voix ou pour l'embellir : il portoit ſur ſa poitrine une feuille de plomb quand il étoit couché; il prenoit des lavements & des vomitifs, & s'abſtenoit des nourritures & des boiſſons qui pou-

purgari, & abſtinere pomis cibiſque officientibus: donec blandiente profectu (quamquam exiguæ vocis & fuſcæ) prodire in ſcenam concupivit: ſubinde inter familiares Græcum proverbium jactans, Occultæ muſicæ nullum eſſe reſpectum. Et prodiit Neapoli primum: ac ne, concuſſo quidem repente motu terræ theatro, ante cantare deſtitit, quàm inchoatum abſolveret νόμον. Ibidem ſæpiùs & per complures cantavit dies: ſumpto etiam ad reficiendam vocem brevi tempore, impatiens ſecreti a balneis in theatrum tranſiit, mediaque in orcheſtra frequente populo epulatus, ſi paulùm ſubbibiſſet, aliquid ſe ſufferti tinniturum, Græco ſermone promiſit. Captus autem modulatis Alexandrinorum laudationibus, qui de novo commeatu Neapolin confluxerant, plures Alexandriâ evocavit. Neque eo ſegniùs adoleſcentulos equeſtris ordinis, & quinque ampliùs millia e plebe robuſtiſſimæ juventutis undique elegit, qui diviſi in factiones, plauſuum genera condiſcerent, (bombos, & imbrices, & teſtas vocabant), operamque navarent cantanti ſibi inſignes pinguiſſimâ comâ & excellentiſſimo cultu pueri, nec ſine annulo lævis: quorum duces quadragena millia ſeſtertiorum merebant.

XXI. Cùm magnì æſtimaret cantare, etiam Romæ Neroneum agona ante præſtitutam diem

voient être contraires à son talent, jusqu'à ce qu'enfin, content de ses progrès, quoiqu'il eût la voix foible & voilée, il voulut monter sur le théâtre, répétant souvent ce proverbe grec, que la musique n'est rien à moins qu'on ne l'entende en public. Il parut d'abord à Naples, & ayant commencé à chanter, il s'éleva un tremblement de terre qui ébranla la salle, & qui ne l'empêcha pas d'achever son air. Il y chanta encore plusieurs autres fois pendant un assez long-tems; & ayant pris quelque loisir pour refaire sa voix, impatient de reparoître, au sortir du bain il revint au théâtre, mangea dans l'orchestre à la vue d'un peuple nombreux, disant en grec, que, quand il auroit un peu bu, il chanteroit quelque chose d'exquis. Flatté des louanges que lui donnerent en musique des habitants d'Alexandrie, que le commerce des vivres avoit attirés à Naples, il en fit venir un plus grand nombre en cette ville, & choisit plusieurs jeunes Chevaliers, qu'il plaça avec cinq mille Plébéiens d'une jeunesse robuste, pour se partager en différents corps & apprendre les différentes manieres d'applaudir, telles que celles qu'on appelloit le *bourdonnement*, la *tuile*, le *pot de terre* (1). Et pendant qu'il chantoit, des enfants parés & parfumés, portant un anneau à la main gauche, le servoient sur la scène : leur chef avoit quatre cents mille sesterces (2) d'appointement.

Il faisoit si grand cas du talent de chanter,

(1) Sans doute par allusion aux différents sons que rendoient les applaudissements.

(2) 80000 liv.

revocavit. Flagitantibusque cunctis cæleſtem vocem, reſpondit quidem in hortis ſe copiam volentibus facturum : ſed adjuvante vulgi preces etiam ſtatione militum, quæ tunc excubabat, repræſentaturum ſe pollicitus eſt libens : ac ſine mora nomen ſuum in albo profitentium citharœdorum juſſit adſcribi : ſorticulâque in urnam cum ceteris demiſsâ intravit ordine ſuo, ſimulque præfecti prætorii citharam ſuſtinentes, poſt tribuni militum, juxtaque amicorum intimi. Utque conſtitit peracto principio, Nioben ſe cantaturum per Cluvium Rufum conſularem pronuntiavit, & in horam ferè decimam perſeveravit : coronamque eam & reliquam certaminis partem in annum ſequentem diſtulit, ut ſæpiùs canendi occaſio eſſet. Quod cùm tardum videretur, non ceſſavit identidem ſe publicare. Non dubitavit etiam privatis ſpectaculis operam inter ſcenicos dare, quodam prætorum ſeſtertium decies offerente. Tragœdias quoque cantavit perſonatus : heroum deorumque, item heroïdum ac dearum perſonis effictis ad ſimilitudinem oris ſui, & feminæ, prout quamque diligeret. Inter cetera cantavit Canacen parturientem, Oreſtem matricidam, Œdipodem excæcatum, Herculem inſanum. In qua fabula fama eſt tirunculum militem poſitum ad cuſtodiam aditûs, cùm eum ornari ac vinciri catenis, ſicut argumentum po-

qu'il fit célébrer à Rome avant le tems marqué les jeux Néroniens dont nous avons parlé. Tout le monde demanda à entendre sa voix céleste ; il répondit qu'il donneroit ce plaisir dans ses jardins à ceux qui en étoient curieux : mais ses gardes joignant leurs prieres à celles du peuple, il promit volontiers de représenter sur la scène, & fit mettre aussitôt son nom sur la liste des musiciens qui devoient concourir. Il tira au sort comme les autres & entra à son tour, faisant porter sa harpe par les commandants des prétoriens, & suivi des Tribuns des soldats & de ses amis les plus intimes. Lorsqu'il eut préludé, Cluvius Rufus, citoyen consulaire, annonça que César alloit chanter *Niobé*. Il chanta en effet jusqu'à quatre heures après midi, & remit le prix de musique & les autres parties du concours à l'année suivante, pour avoir plus souvent occasion de chanter. Ce délai lui paroissant ensuite trop long, il ne cessa de se montrer en public & de représenter dans les spectacles donnés par les Magistrats, jusques-là qu'un Préteur lui offrit un million (1) de sesterces en paiement. Il chanta même des rôles de tragédies ; & les Dieux & les Héros, les Déesses & les Héroïnes portoient sur la scène des masques qui ressembloient à Néron ou à sa maîtresse. Il chanta entr'autres morceaux *Canacé dans l'enfantement*, *Oreste parricide*, *Œdipe aveugle*, & *Hercule furieux*. Dans cette derniere piece un jeune soldat, qui étoit en sentinelle à l'entrée du théâtre, voyant enchaîner son maître, accourut pour le secourir.

---

(1) 200000 liv.

ſtulabat, videret, accurriſſe ferendæ opis gratiâ.

XXII. Equorum ſtudio vel præcipuè ab ineunte ætate flagravit, plurimuſque illi ſermo, quamquam vetaretur, de circenſibus erat: & quondam tractum Praſinum agitatorem inter condiſcipulos querens, objurgante magiſtro, de Hectore ſe loqui ementitus eſt. Sed cum inter initia imperii eburneis quadrigis quotidie in abaco luderet, ad omnes etiam minimos circenſes commeabat è ſeceſſu, primò clam, deinde propalam: ut nemini dubium eſſet eo die utique adfuturum. Neque diſſimulabat velle ſe palmarum numerum ampliare: quare ſpectaculum multiplicatis miſſilibus in ſerum protrahebatur, ne dominis quidem jam factionum dignantibus, niſi ad totius diei curſum, greges ducere. Mox & ipſe aurigare, atque etiam ſpectari ſæpius voluit: poſitoque in hortis inter ſervitia & ſordidam plebem rudimento, univerſorum ſe oculis in circo maximo præbuit, aliquo liberto mittente mappam, unde magiſtratus ſolent. Nec contentus harum artium experimenta Romæ dediſſe, Achaiam, ut diximus, petit, hinc maximè motus: inſtituerant civitates, apud quas muſici agones edi ſolent, omnes citharœdorum coronas ad ipſum mittere; eas adeo gratè recipiebat, ut legatos, qui pertuliſſent, non modò primos admitteret, ſed etiam familiaribus epu-

Il fut paſſionné pour les exercices de cheval dès ſes premieres années, & parloit ſouvent des courſes du cirque, quoiqu'on le lui défendît. Un jour qu'il plaignoit devant ſes camarades le ſort d'un cocher *verd* (1) qui avoit été traîné par ſes chevaux, il dit à ſon maître qui le réprimandoit : je parle d'Hector. Dans les commencements de ſon regne, il s'amuſoit à rouler ſur une table un chariot d'ivoire, & s'échappoit au moindre bruit d'un ſpectacle dans le cirque, d'abord en ſecret, enſuite publiquement & de maniere à ne laiſſer ignorer à perſonne qu'il y aſſiſteroit. Il publia qu'il vouloit augmenter le nombre des prix, enſorte que le ſpectacle fut prolongé juſqu'au ſoir, les courſes s'étant multipliées de maniere que les chefs des *verds* & des *bleus* ne vouloient plus faire paroître leurs cochers qu'à condition que l'on courroit tout le jour. Néron lui-même voulut mener, & s'eſſaya d'abord dans ſes jardins devant ſes eſclaves & la populace : enſuite il ſe montra au grand jour dans le cirque, un de ſes affranchis donnant le ſignal (2) du même lieu d'où les Magiſtrats le donnent ordinairement. Non content de s'être eſſayé à Rome, il ſe détermina à paſſer dans l'Achaïe, uniquement parceque les villes où l'on donnoit des ſpectacles de muſique avoient réſolu de lui envoyer les couronnes remportées par les concurrents : il en étoit ſi flatté que les députés qui les lui apportoient avoient audience avant tous les autres, & étoient

(1) On ſait que dans les courſes du Cirque, il y avoit différents partis déſignés par les couleurs qu'ils portoient, *les verds*, *les bleus*, *&c.*

(2) Ce ſignal étoit un eſpece de linge qu'on levoit, & qu'on appelloit *Mappa*.

lis interponeret. A quibuſdam ex his rogatus ut cantaret ſuper cœnam, exceptuſque effuſius, ſolos ſcire audire Græcos, ſoloſque ſe & ſtudiis ſuis dignos ait. Nec profectione dilatâ, ut primùm Caſſiopen trajecit, ſtatim ad aram Jovis Caſſii cantare auſpicatus eſt.

XXIII. Certamina deinceps obiit omnia. Nam & quæ diverſiſſimorum temporum ſunt, cogi in unum annum, quibuſdam etiam iteratis juſſit. Olimpiæ quoque præter conſuetudinem muſicum agona commiſit. Ac ne quid circa hæc occupatum avocaret detineretve, cùm præſentiâ ejus urbicas res egere a liberto Helio admoneretur, reſcripſit his verbis: Quamvis nunc tuum conſilium ſit & votum, celeriter reverti me: tamen ſuadere & optare potiùs debes ut Nerone dignus revertar. Cantante eo, ne neceſſariâ quidem causâ excedere theatro licitum erat: itaque & enixæ quædam in ſpectaculis dicuntur, & multi tædio audiendi laudandique, clauſis oppidorum portis, aut furtim deſiluiſſe de muro, aut morte ſimulatâ funere elati. Quàm autem trepidè anxièque certaverit, quantâ adverſariorum æmulatione, quo metu judicum, vix credi poteſt. Adverſarios quaſi planè conditionis ejuſdem, obſervare, captare, infamare ſecrètò, nonnunquam ex occurſu maledictis inceſſere: ac, ſi qui arte præcellerent, corrumpere etiam

admis à sa table. Quelques-uns d'entr'eux le prierent de chanter après souper, & comblé d'applaudissements il s'écria qu'il n'y avoit que les Grecs qui sussent écouter la musique & qui fussent dignes de ses talents. Il partit sans délai, & arrivé à Cassiope, il chanta devant l'autel de *Jupiter Cassius*.

Il parut bientôt dans tous les spectacles ; il avoit pour cet effet réuni dans une même année des jeux placés ordinairement à une grande distance les uns des autres : quelques-uns même furent recommencés. Il y eut un concours de musiciens aux jeux olympiques, contre la coutume. Pour n'être pas détourné de ses occupations, il répondit à son affranchi Hélius, qui lui écrivoit que les affaires de Rome demandoient sa présence : » Quoique vous paroissiez désirer & être d'avis » que je revienne promptement, vous devez » pourtant aimer mieux que je revienne digne de » moi-même.

Lorsqu'il chantoit, il n'étoit pas permis de sortir de l'assemblée pour quelque cause que ce fût : aussi plusieurs femmes accoucherent ; & beaucoup de spectateurs ennuyés d'écouter & d'applaudir, sauterent par dessus les murs de la ville, parceque les portes étoient fermées, ou feignirent d'être morts, & sortirent pour être enterrés. On n'imagine pas avec quelle crainte, quelle inquiétude, quelle jalousie & quelle défiance des juges il disputoit les prix. Il épioit ses adversaires, les décrioit en secret comme s'ils eussent été ses égaux, & quelquefois leur disoit des injures lorsqu'il les rencontroit. Il corrompoit ceux qui avoient des talents supérieurs. A l'égard des Juges il leur parloit avec le plus grand respect, disant qu'il avoit

ſolebat. Judices autem priuſquam inciperet, reverentiſſimè alloquebatur, omnia ſe facienda feciſſe, ſed eventum in manu eſſe fortunæ: illos, ut ſapientes & doctos viros fortuita debere excludere: atque ut auderet hortantibus, æquiore animo recedebat: ac ne ſic quidem ſine ſollicitudine, taciturnitatem pudoremque quorumdam pro triſtitia ac malignitate arguens, ſuſpectoſque ſibi dicens.

XXIV. In certando verò ita legi obediebat, ut nunquam excreare auſus, ſudorem quoque frontis brachio detergeret: atque etiam in quodam tragico actu, cùm elapſum baculum cito reſumpſiſſet, pavidus & metuens, ne ob delictum certamine ſubmoveretur, non aliter confirmatus eſt quàm adjurante hypocrita non animadverſum id inter exſultationes ſucclamationeſque populi. Victorem autem ſe ipſe pronuntiabat. Qua de cauſa cum præconibus quoque contendit. Ac ne cujus alterius hieronicarum memoria aut veſtigium exſtaret uſquam, ſubverti & unco trahi, abjicique in latrinas omnium ſtatuas & imagines imperavit. Aurigavit quoque plurifariam, Olympiis verò etiam decemjugem: quamvis idipſum in rege Mithridate, carmine quodam ſuo reprehendiſſet. Sed excuſſus curru, ac rurſùs repoſitus, cum perdurare non poſſet, deſtitit ante decurſum: nec eo ſeciùs coronatus eſt.

fait

fait tout ce que l'on pouvoit faire ; que l'événement dépendoit de la fortune, qu'en hommes ſages & inſtruits ils devoient exclure tout hazard ; & comme ils l'exhortoient à avoir bon courage, il ſe retiroit un peu plus tranquille, mais non pas cependant ſans inquiétude, attribuant à malignité & à mauvaiſe humeur le ſilence que quelques-uns gardoient par honte, & diſant qu'ils lui étoient ſuſpects.

Il ſe ſoumettoit aux loix du théâtre au point de ne pas oſer cracher, & d'eſſuyer avec ſon bras la ſueur de ſon front : & dans une tragédie, ayant laiſſé échapper une baguette qu'il tenoit à la main, il la reprit furtivement, tremblant que pour cette faute on ne le mît hors du concours : il fallut, pour le raſſurer, qu'un acteur lui proteſtât que ce mouvement n'avoit point été apperçu au milieu de la joie & des acclamations du peuple. Lui-même ſe proclamoit vainqueur, & diſputoit auſſi les prix aux héraults. Ne voulant pas qu'il reſtât de trace ni de ſouvenir d'autres victoires que des ſiennes, il fit renverſer & traîner dans des égouts les ſtatues érigées aux vainqueurs des jeux.

Il prétendit auſſi au prix de la courſe des chariots, & en conduiſit un attelé de dix chevaux aux jeux olympiques, quoiqu'il eût reproché la même choſe à Mithridate dans des vers qu'il avoit compoſés : mais renverſé de ſon char & remis deſſus, la douleur qu'il ſentoit l'empêcha de s'y tenir. Il n'acheva point ſa courſe, & n'en fut pas moins couronné. En s'en allant il donna la liberté à toute la province & une groſſe ſomme d'argent

Decedens deinde, provinciam univerſam libertate donavit: ſimulque judices civitate Romanâ & pecuniâ grandi. Quæ beneficia e medio ſtadio Iſthmiorum die ſuâ ipſe voce pronuntiavit.

XXV. Reverſus e Græcia Neapolim, quòd in ea primum artem protulerat, albis equis introiit, dejectâ parte muri, ut mos hieronicarum eſt: ſimili modo Antium, inde Albanum, inde Romam; ſed & Romam eo curru quo Auguſtus olim triumphaverat, & in veſte purpurea, diſtinctâque ſtellis aureis chlamyde, coronamque capite gerens olympiacam, dextrâ manu pythiam, præeunte pompâ ceterarum cum titulis, ubi, & quos, quo cantionum, quove fabularum argumento viciſſet, ſequentibus currum ovantium ritu plauſoribus, Auguſtianos militeſque ſe triumphi ejus clamitantibus. Dehinc diruto Circi maximi arcu, per Velabrum forumque, Palatium & Apollinem petiit. Incedenti paſſim victimæ cæſæ, ſparſo per vias identidem croco, ingeſtæque aves, ac lemniſci, & bellaria. Sacras coronas in cubili circum lectos poſuit. Item ſtatuas ſuas citharœdico habitu: quâ notâ etiam nummum percuſſit. Ac poſt hæc tantùm abfuit a remittendo laxandoque ſtudio, ut conſervandæ vocis gratiâ, neque milites unquam, niſi abſens, aut alio verba pronunciante, ap-

aux Juges, avec le droit de bourgeoisie Romaine. Lui-même proclama ces récompenses dans la lice des jeux isthmiques.

A son retour de Gréce il entra dans Naples, premier théâtre de ses travaux, sur un char traîné par des chevaux blancs, & fit abattre un pan de muraille, comme cela se pratique pour les vainqueurs des jeux. Il entra de même dans Antium, dans Albe & dans Rome : mais à Rome il étoit porté sur le char qui avoit servi au triomphe d'Auguste, décoré de la pourpre & d'un manteau parsemé d'étoiles d'or, ayant sur la tête la couronne des jeux olympiques, & dans sa main droite celle des jeux pythiens : les autres couronnes étoient portées en pompe devant lui, avec l'explication du genre dans lequel il les avoit méritées & des sujets qu'il avoit chantés. La troupe de ses *applaudisseurs* suivoit son char, criant qu'ils étoient les compagnons du triomphe de César. Delà ayant fait abattre la porte du grand cirque, il traversa la place publique pour se rendre au temple d'Apollon Palatin. Pendant sa marche on immoloit des victimes ; on jettoit devant lui des parfums, des oiseaux, des rubans & des gâteaux. Il plaça ses couronnes dans la chambre où il couchoit, au tour de son lit, & y fit mettre sa statue en habit de musicien. On frappa de la monnoie où il étoit représenté dans le même habillement. Il étoit si éloigné de renoncer à ses goûts, que pour mieux conserver sa voix jamais il ne faisoit l'appel de ses soldats que par le ministere d'un officier qui parloit pour lui ; & que quelque chose qu'il fît,

pellaret : neque quidquam ſerio jocove egerit, niſi adſtante phonaſco, qui moneret parceret arteriis, ac ſudarium ad os applicaret : multiſque vel amicitiam ſuam obtulerit, vel ſimultatem indixerit, prout quiſque ſe magis parciuſve laudaſſet.

XXVI. Petulantiam, libidinem, luxuriam, avaritiam, crudelitatem ſenſim quidem primò & occultè, velut juvenili errore, exercuit : ſed ut tunc quoque dubium nemini foret, naturæ illa vitia non ætatis eſſe. Poſt crepuſculum ſtatim arrepto pileo vel galero, popinas inibat : circumque vicos vagabatur ludibundus, nec ſine pernicie tamen; ſi quidem redeuntes a cœna verberare, ac repugnantes vulnerare, cloaciſque demergere aſſueverat : tabernulas etiam effringere & expilare : quintanâ domi conſtitutâ, ubi partæ & ad licitationem dividendæ prædæ precium aſſumeretur. Ac ſæpe in ejuſmodi rixis, oculorum & vitæ periculum adiit, a quodam laticlavio, cujus uxorem attrectaverat, prope ad necem cæſus. Quare nunquam poſtea ſe publico illud horæ ſine tribunis commiſit, procul & occultè ſubſequentibus. Interdiu quoque clam geſtatoriâ ſellâ delatus in theatrum, ſeditionibus pantomimorum ex parte proſcenii ſuperiori, ſignifer ſimul ac ſpectator aderat. Et cùm ad manus ventum eſſet, lapidibuſque & ſubſelliorum

il avoit toujours auprès de lui son maître de chant qui l'avertissoit d'épargner ses poulmons, & de mettre un linge devant sa bouche. Il régloit sa haine ou son amitié sur le plus ou moins de louanges qu'on donnoit à son talent.

Il ne se livra d'abord que par dégrés & avec précaution au désordre, à la débauche, au luxe, à l'avarice & à la cruauté : mais quoi que l'on fît pour excuser sa jeunesse, personne ne douta que ces vices ne fussent de son caractere plutôt que de son âge. Dès que le jour baissoit, il se couvroit la tête d'un bonnet, & couroit les cabarets & les carrefours de maniere à exposer sa personne : en effet, il chargeoit les passants, les blessoit quand ils faisoient résistance, & les traînoit dans des égoûts. Il brisoit & pilloit les petites boutiques du peuple, dont il vendoit les dépouilles chez lui. Dans ces sortes de querelles il courut souvent le risque de perdre les yeux ou la vie. Un Sénateur dont il avoit insulté la femme, pensa le faire mourir sous les coups : aussi depuis il ne sortit plus à la même heure sans se faire suivre de loin par des Tribuns de sa garde ; dans le jour même il se faisoit porter au théâtre dans une litiere fermée, & du haut de l'avant-scène il regardoit & encourageoit les émeutes excitées par les pantomimes ; & lorsqu'on en étoit venu aux mains, & qu'on se jettoit à la tête des pierres & des bancs, il en jettoit aussi sur le peuple : il blessa même une fois un Préteur à la tête.

fragminibus decerneretur, multa & ipse jecit in populum, atque etiam prætoris caput consauciavit.

XXVII. Paulatim verò invalescentibus vitiis, jocularia & latebras omisit, nullâque dissimulandi curâ ad majora palam erupit. Epulas a medio die ad mediam noctem protrahebat: refotus sæpius calidis piscinis, ac tempore æstivo nivatis. Cœnitabatque nonnunquam & in publico, Naumachiâ præclusâ, vel Martio campo, vel circo maximo, inter scortorum totius Urbis ambubajarumque ministeria. Quoties Ostiam Tiberi deflueret, aut Bajanum sinum præternavigaret, dispositæ per littora & ripas diversoriæ tabernæ parabantur, insignes ganeæ & matronarum, institorum loco, passim invitantium, atque hinc inde hortantium ut appelleret. Indicebat & familiaribus cœnas, quorum uni mitellita quadragies sestertium constitit, alteri pluris aliquanto absorptio rosaria.

XXVIII. Super ingenuorum pædagogia & nuptarum concubinatus, Vestali virgini Rubriæ vim intulit. Acten libertam paulùm absuit quin justo matrimonio sibi conjungeret: submissis consularibus viris qui regio genere ortam pejerarent. Puerum Sporum, exsectis testibus, etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus est: cum dote & flammeo per solenne nuptiarum ce-

Bientôt ſes vices ſe fortifiant, il ſe cacha moins & oſa davantage. Il reſtoit à table depuis la moitié du jour juſqu'à la moitié de la nuit, prenant enſuite des bains chauds, ou, pendant l'été, des bains rafraîchis avec de la neige. Il ſoupoit quelquefois dans un lieu public qu'il faiſoit fermer, tel que la *naumachie* (1), le champ de mars ou le grand cirque, & ſe faiſoit ſervir par des courtiſanes & des joueurs de flûtes. Toutes les fois qu'il deſcendoit à Oſtie ſur le Tibre, ou qu'il navigeoit dans le golfe de Baies, on diſpoſoit ſur le rivage de petites cabanes remplies de femmes publiques, qui l'appelloient & l'invitoient à aborder de leur côté. Il commandoit des ſoupers à ſes amis. Dans l'un de ces ſoupers, un mets préparé avec du miel couta juſqu'à quatre (2) millions de ſeſterces; & dans un autre, des eſſences de roſe qui couterent encore davantage.

Sans parler du commerce infâme avec les hommes libres, & de ſes amours adulteres, il viola une veſtale nommée Rubria. Il fut ſur le point d'épouſer ſon affranchie Acté, & il apoſta des hommes conſulaires pour affirmer avec ſerment qu'elle étoit de naiſſance royale. Il fit eunuque un jeune garçon nommé Sporus, prétendit le

(1) Lieu où l'on repréſentoit des batailles navales.
(2) 800000 liv.

leberrimo officio deductum ad ſe pro uxore habuit. Exſtatque cujuſdam non inſcitus jocus; Bene agi potuiſſe cum rebus humanis, ſi Domitius pater talem habuiſſet uxorem. Hunc Sporum Auguſtarum ornamentis excultum, lecticâque vectum, & circa conventus mercatuſque Græciæ, ac mox Romæ circa Sigillaria, comitatus eſt, identidem exoſculans. Nam matris concubitum appetiſſe, & ab obtrectatoribus ejus, ne ferox & impotens mulier & hoc genere gratiæ prævaleret, deterritum nemo dubitavit: utique poſtquam meretricem, quam fama erat Agrippinæ ſimillimam, inter concubinas recepit. Olim etiam quoties lecticâ cum matre veheretur, libidinatum inceſte, ac maculis veſtis proditum affirmant.

XXIX. Suam quidem pudicitiam uſque adeo proſtituit, ut, contaminatis penè omnibus membris, noviſſimè quaſi genus luſus excogitaret, quatenùs feræ pelle contectus emitteretur e cavea, virorumque ac feminarum ad ſtipitem deligatorum inguina invaderet: & cùm affatim deſæviſſet, conficeretur a Doryphoro liberto: cui etiam, ſicut ipſi Sporus, ita ipſe denupſit; voces quoque & ejulatus vim patientium virginum imitatus. Ex nonnullis comperi, perſuaſiſſimum habuiſſe eum, neminem hominem pudicum, aut ullâ corporis parte purum eſſe: ve-

métamorphoser en femme, & l'épousa avec l'appareil le plus solemnel. Quelqu'un dit fort à propos que le genre humain auroit été trop heureux, si Domitius le pere avoit eu une pareille femme. Il fit habiller ce Sporus comme une Impératrice, & l'accompagna en litiere dans les assemblées & les marchés de la Grece, & dans les quartiers de Rome, lui donnant de tems en tems des baisers. Il est avéré qu'il voulut jouir de sa mere, & que les ennemis d'Agrippine l'en détournerent, de peur que cette femme impérieuse & violente n'abusât de ce nouveau genre de faveur. Il plaça parmi ses concubines une courtisane qui ressembloit beaucoup à Agrippine. On assure même que toutes les fois qu'il alla en litiere avec sa mere on apperçut sur ses habits des traces de pollution.

Il se prostituoit de maniere qu'il n'y avoit pas un de ses membres qui ne fût souillé. Il imagina, comme une nouvelle espece de jeu, de se couvrir d'une peau de bête, & de s'élancer d'une loge sur des hommes & des femmes liés à des poteaux & livrés en proie à ses desirs; & quand il les avoit satisfaits, il servoit de proie lui-même à son affranchi Doriphore, qu'il épousa ainsi que Sporus: il contrefit même avec lui les cris que la douleur arrache à la virginité ravie. Je tiens de plusieurs personnes qu'il étoit persuadé qu'aucun homme n'étoit chaste dans aucune partie de son corps; mais que la plupart savoient dissimuler leur vice: aussi pardonnoit-il tout à ceux qui avouoient leur impureté.

rum plerosque dissimulare vitium, & calliditate obtegere : ideoque professis apud se obscœnitatem, cætera quoque concessisse delicta.

XXX. Divitiarum & pecuniæ fructum non alium putabat quàm profusionem : sordidos ac deparcos esse quibus ratio impensarum constaret : prælautos verèque magnificos qui abuterentur ac perderent. Laudabat mirabaturque avunculum Caium, nullo magis nomine quàm quod ingentes a Tiberio relictas opes in brevi spatio prodegisset. Quare nec largiendi nec absumendi modum tenuit. In Tiridatem, quòd vix credibile videatur, octingenta nummum millia diurna erogavit, abeuntique super sestertium millies contulit. Menecratem citharœdum & Spicillum mirmillonem triumphalium virorum patrimoniis ædibusque donavit. Cercopithecum Panerotem fæneratorem, & urbanis rusticisque prædiis locupletatum, propè regio extulit funere. Nullam vestem bis induit. Quadringenis in punctum sestertiis aleam lusit. Piscatus est rete aurato, purpurâ coccoque funibus nexis. Nunquam carrucis minus mille fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis, canusinatis mulionibus, armillatâ phaleratâque Mazacum turba, atque cursorum.

---

(1) 16000 liv.

Il croyoit que la prodigalité étoit le seul usage des richesses. Pour être avare à ses yeux il suffisoit de compter, & pour être magnifique, il falloit se ruiner. Ce qu'il admiroit le plus dans son oncle Caius, c'étoit d'avoir dissipé en peu de tems les grandes richesses amassées par Tibere : aussi ne mit-il aucune borne à ses dépenses & à ses profusions. On aura peine à croire qu'il donnoit à Tiridate, pendant son séjour à Rome, quatre-vingt mille sesterces (1) par jour, & à son départ il lui en donna plus d'un million (2). Il donna au musicien Ménecrate & au gladiateur Spicillus les biens & les maisons de citoyens qui avoient eu les honneurs du triomphe. Il fit faire des funérailles presque royales à l'usurier *Cercopithecus Panerotés*, après l'avoir enrichi des plus belles possessions à la campagne & à la ville. Jamais il ne mit un habit deux fois. Il jouoit aux dez à cinq cents sesterces (3) le point. Il pêchoit avec des filets de pourpre & un hameçon d'or. Jamais il ne voyagea avec moins de mille voitures. Ses mulets étoient ferrés d'argent, ses muletiers vêtus de belle laine de Canuse, ses cochers parés de bracelets ainsi que ses coureurs.

---

(2) 200000 liv.
(3) 100 liv.

XXXI. Non in alia re damnoſior quàm in ædificando. Domum a Palatio Eſquilias uſque fecit; quàm primò Tranſitoriam, mox incendio abſumptam, reſtitutamque, Auream nominavit. De cujus ſpatio atque cultu ſuffecerit hoc retuliſſe: Veſtibulum ejus fuit, in quo coloſſus centum viginti pedum ſtaret ipſius effigie: tanta laxitas, ut porticus triplices milliarias haberet: item ſtagnum maris inſtar, circumſeptum ædificiis ad urbium ſpeciem: rura inſuper arvis atque vinetis & paſcuis, ſilviſque, varia cum multitudine omnis generis pecudum ac ferarum. In ceteris partibus cuncta auro lita, diſtincta gemmis unionumque conchis erant. Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis verſatilibus, ut flores ex fiſtulis, & unguenta deſuper ſpargerentur. Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuo diebus ac noctibus vice mundi circumageretur: balineæ marinis & albulis fluentes aquis. Ejuſmodi domum cùm abſolutam dedicaret, hactenus comprobavit, ut ſe diceret quaſi hominem tandem habitare cœpiſſe. Præterea inchoabat piſcinam a Miſeno ad Avernum lacum, contectam, porticibus concluſam, quo quidquid totis Baiis calidarum eſſet converteretur. Foſſam ab Averno Oſtiam uſque, ut navibus, nec tamen mari iretur, longitudinis per centum ſexaginta millia, latitudinis, quâ contrariæ quin-

Rien ne lui couta plus cher que ſes bâtiments. Il étendit ſon palais depuis le Mont Palatin juſqu'aux Eſquilies. Les augmentations qu'il y fit furent d'abord appellées *la maiſon de paſſage ;* mais le feu ayant conſumé l'édifice, il bâtit un nouveau palais qu'il appella *le palais d'or*. Pour en faire connoître l'étendue & la magnificence, il ſuffira de dire que dans le veſtibule la ſtatue coloſſale de Néron s'élevoit de cent vingt pieds de haut ; que les portiques à trois rangs de colonnes avoient un mille de longueur ; qu'il enfermoit dans ſon enceinte un étang qui reſſembloit à une mer, des édifices qui paroiſſoient former une grande ville, des campagnes, des champs, des vignes, des pâturages, des forêts remplies de troupeaux & de bêtes fauves. L'intérieur étoit doré partout, & orné de pierreries & de nacre de perle. Le plafond de ſes ſalles à manger étoit formé de tables d'ivoire mobiles, qui répandoient ſur les convives des fleurs & des parfums. Sa principale ſalle à manger avoit un dôme qui, tournant le jour & la nuit, imitoit le mouvement du globe terreſtre : il avoit auſſi des réſervoirs d'eau d'Albe & d'eau de mer. Lorſqu'il eut achevé ce palais, comme il en faiſoit la dédicace il dit qu'il en étoit aſſez content, & qu'il commençoit à être logé comme un homme. Il vouloit conſtruire un bain couvert depuis Miſene juſqu'au lac d'Averne, l'entourer de portiques, & y faire entrer toutes les eaux de Baies ; & depuis le lac d'Averne juſqu'à Oſtie, il vouloit creuſer un canal de cent ſoixante milles de long, pour diſpenſer d'aller par mer, & aſſez large pour que deux galeres à cinq rangs de rames puſſent s'y rencontrer. Pour achever de pareils ouvrages

queremes commearent. Quorum operum perficiendorum gratiâ, quot ubique essent custodiæ, in Italiam deportari; etiam scelere convictos, non nisi ad opus damnari, præceperat. Ad hunc impendiorum furorem, super fiduciam imperii, etiam spe quâdam repentinâ immensarum & reconditarum opum impulsus est, ex indicio equitis Romani pro comperto pollicentis thesauros antiquissimæ gazæ, quos Dido regina fugiens Tyro secum extulisset, esse in Africa vastissimis specubus abditos, ac posse erui parvulâ molientium operâ.

XXXII. Verùm ut spes fefellit, destitutus, atque ita jam exhaustus & egens, ut stipendia quoque militum, & commoda veteranorum protrahi ac differri necesse esset, calumniis rapinisque intendit animum. Ante omnia instituit ut e libertorum defunctorum bonis pro semisse dextans cogeretur ei, si qui sine probabili causa eo nomine essent, quo fuissent illæ familiæ quas ipse contingeret: deinde ut ingratorum in principem testamenta ad fiscum pertinerent; ac ne impunè esset studiosis juris qui scripsissent vel dictassent ea: tum ut lege majestatis facta dictaque omnia, quibus modo delator non deesset, tenerentur. Revocavit & præmia coronarum, quæ unquam sibi in certaminibus civitates detulissent. Et cùm interdixisset usum amethystini

il fit ouvrir toutes les priſons de l'Empire, & ordonna que les criminels en tout genre ne fuſſent condamnés qu'aux travaux (1). Ce qui encourageoit la manie qu'il avoit de dépenſer, outre la confiance en ſon pouvoir, c'étoit l'eſpérance d'un tréſor caché & immenſe qu'un Chevalier Romain aſſuroit devoir ſe trouver en Afrique dans de vaſtes cavernes, où la reine Didon l'avoit apporté en fuyant de Tyr, & dont on pouvoit le tirer avec très peu de peine.

Mais trompé dans ſes eſpérances, épuiſé & ſans reſſource, au point d'être obligé de différer la paie des ſoldats & les penſions des vétérans, il eut recours aux confiſcations & aux rapines. Il ſtatua avant tout qu'au lieu de la moitié du bien de ſes affranchis qui lui revenoit par ſucceſſion, les cinq ſixiemes lui appartiendroient, lorſque ſans une cauſe probable ils porteroient le nom d'une des familles à qui il étoit allié; que les biens de ceux d'entr'eux qui ſe rendroient coupables d'ingratitude envers le Prince leur patron ſeroient acquis au fiſc, & que les Juriſconſultes qui auroient dicté ou rédigé leur teſtament ſeroient punis: qu'il ſuffiroit d'être accuſé dans ſes paroles ou dans ſes actions pour être regardé comme étant dans le cas de la loi de leze-Majeſté. Il exigea des villes de l'Empire le prix des couronnes qui lui avoient été offertes dans différents jeux. Il défendit l'uſage

(1) Peut être cet exemple ſeroit-il encore mis au nombre de ceux qui ſont bons à imiter: mais un pareil ſujet demande un ouvrage & non pas une note.

ac Tyrii coloris, ſubmiſiſſetque qui nundinarum die pauculas uncias venderet, præcluſit cunctos negotiatores. Quinetiam inter canendum animadverſam matronam e ſpectaculis, vetitâ purpurâ cultam, demonſtraſſe procuratoribus ſuis creditur: detractamque illicò, non veſte modò, ſed & bonis exuit. Nulli delegavit officium, ut non adjiceret: Scis quid mihi opus ſit: &, hoc agamus, ne quis quidquam habeat. Ultimò, templis compluribus dona detraxit, ſimulacraque ex auro vel argento fabricata conflavit: in his Penatium deorum, quæ mox Galba reſtituit.

XXXIII. Parricidia & cædes a Claudio exorſus eſt: cujus necis etſi non auctor, at conſcius fuit: neque diſſimulanter, ut qui boletos, in quo cibi genere venenum is acceperat, quaſi deorum cibum, poſthac proverbio Græco collaudare ſit ſolitus. Certè omnibus rerum verborumque contumeliis mortuum inſectatus eſt, modò ſtultitiæ, modò ſævitiæ arguens. Nam & morari eum inter homines deſiiſſe, productâ primâ ſyllabâ jocabatur: multaque decreta & conſtituta, ut inſipientis atque deliri, pro irritis habuit. Denique buſtum ejus conſepiri, niſi humili levique materiâ, neglexit. Britannicum, non minus æmulatione vocis, quæ illi jucundior ſuppetebat, quàm metu ne quandoque apud hominum gratiam paternâ memoriâ prævaleret, veneno

des

des couleurs de pourpre & d'améthiſte, & un jour de foire il apoſta un marchand pour en vendre quelques onces, afin d'avoir un prêtexte de ſaiſir tous les autres. Ayant remarqué, pendant qu'il chantoit ſur le théâtre, une Dame Romaine vêtue d'une de ces couleurs défendues, il la montra à ſes inſpecteurs en cette partie, & l'ayant fait ſortir du ſpectacle, il la condamna à perdre ſes habits & ſes biens. Jamais il ne conféra aucune charge ſans ajouter : *Vous connoiſſez mes beſoins ; faiſons en ſorte que perſonne n'ait rien en propre.* Enfin il dépouilla les temples, & fit fondre les ſtatues des Dieux, entr'autres celles des Dieux Pénates que Galba rétablit.

A l'égard des meurtres & des parricides, ſon premier eſſai fut ſur Claude : Néron fut certainement complice de ſa mort, s'il n'en fut pas l'auteur. Il s'en cachoit ſi peu, que ſe ſervant d'une expreſſion grecque, il appelloit *nourriture divine* les champignons qui avoient ſervi à empoiſonner Claude. Il outrageoit ſa mémoire, l'accuſant tantôt de cruauté, tantôt de folie. Il diſoit qu'il avoit ceſſé de *demeurer* parmi les hommes, en allongeant la premiere ſyllabe du mot latin qui ſignifie *demeurer*, de maniere qu'il reſſembloit à un mot grec qui ſignifie *être fou.* Il annulla beaucoup des reglements de ce Prince comme des traits de bêtiſe ou de folie, & ne mit dans la conſtruction de ſon tombeau ni magnificence ni ſolidité. Il employa le poiſon contre Britannicus, dont il étoit jaloux à plus d'un titre : ce jeune Prince avoit la voix plus belle que lui, & le ſouvenir de ſon pere pouvoit un jour tourner vers lui les eſprits du peuple. Locuſte qui avoit dé-

aggreſſus eſt. Quod acceptum a quadam Locuſta, venenariorum indice, cum opinione tardiùs cederet, ventre modo Britannici moto, accerſitam mulierem ſua manu verberavit, arguens pro veneno remedium dediſſe. Excuſantique minus datum ad occultandam facinoris invidiam: Sanè, inquit, legem Juliam timeo: coegitque ſe coram in cubiculo quàm poſſet velociſſimum ac præſentaneum coquere. Deinde in hœdo expertus, poſtquam is quinque horas protraxit, iterum ac ſæpius recoctum, porcello objecit. Quo ſtatim exanimato, inferri in triclinium, darique cœnanti ſecum Britannicó imperavit. Et cùm ille ad primum guſtum concidiſſet, comitiali morbo ex conſuetudine correptum apud convivas ementitus, poſtero die raptim inter maximos imbres translatitio extulit funere. Locuſtæ pro navata opera, impunitatem prædiaque ampla, ſed & diſcipulos dedit.

XXXIV. Matrem, dicta factaque ſua exquirentem acerbiùs & corrigentem, hactenùs primò gravabatur, ut invidiâ identidem oneraret, quaſi ceſſurus imperio, Rhodumque abiturus: mox & honore omni & poteſtate privavit: abductâque militum & Germanorum ſtatione, contubernio quoque ac Palatio expulit. Neque in divexanda quidquam penſi habuit: ſubmiſſis & qui Romæ morantem, litibus, & in

noncé beaucoup d'empoisonneurs dont elle étoit complice, fournit à Néron un poison qui d'abord ne réussit pas comme il l'espéroit, & ne donna à Britannicus que la diarrhée. Néron fit venir Locuste & la chargea de coups, lui reprochant d'avoir donné un remede au lieu d'un poison; & comme elle s'excusoit sur le dessein qu'elle avoit eu de cacher un crime si odieux, *sans doute*, dit-il, *je crains la loi Julia* (1); & il l'obligea de composer devant lui le poison le plus prompt qu'il lui seroit possible : il l'essaya sur un chevreau qui n'expira que cinq heures après. Il le fit fortifier & recuire encore, & le donna à un marcassin qui mourut sur le champ. Il fit porter ce poison dans la salle à manger, & ordonna qu'on le servît à Britannicus le soir à souper. Le jeune Prince tomba aussitôt qu'il l'eut goûté, & Néron dit aux convives que c'étoit une épilepsie à laquelle il étoit sujet. Le lendemain il le fit enterrer à la hâte par un très mauvais tems & sans aucune pompe. A l'égard de Locuste il la récompensa de ce service, en lui assurant l'impunité & des terres considérables; il lui donna mêmes des disciples.

Il commençoit à être très fatigué de sa mere, qui observoit & reprenoit avec aigreur ses paroles & ses actions. Il essaya d'abord de la rendre odieuse, en disant de tems en tems qu'il lui céderoit l'Empire & qu'il se retireroit à Rhodes. Bientôt il la priva de ses honneurs & de sa puissance, lui ôta sa garde Romaine & Allemande, & enfin la bannit de sa présence & de son palais. Il ne s'en tint pas là, il la fit tourmenter tant qu'elle resta

(1) Loi contre les empoisonnements & les parricides.

ſeceſſu quieſcentem, per convitia & jocos, terrâ marique prætervehentes, inquietarent. Verùm minis ejus ac violentiâ territus, perdere ſtatuit. Et cùm veneno ter tentaſſet, ſentiretque antidotis præmunitam, lacunaria, quæ noctu ſuper dormientem laxatâ machinâ deciderent, paravit. Hoc conſilio per conſcios parùm celato, ſolutilem navem, cujus vel naufragio vel cameræ ruinâ periret, commentus eſt. Atque ita reconciliatione ſimulatâ, jucundiſſimis litteris Baias evocavit ad ſolennia Quinquatrium ſimul celebranda: datoque negotio trierarchis, qui Liburnicam, quâ advecta erat, velut fortuitò concurſu confringerent, protraxit convivium. Repetentique Baulos, in locum corrupti navigii, machinoſum illud obtulit: hilare proſecutus, atque in digreſſu papillas quoque exoſculatus, reliquum temporis cum magna trepidatione vigilavit, cœptorum opperiens exitum. Sed ut diverſa omnia, nandoque evaſiſſe eam, comperit, inops conſilii, Lucium Agerinum, libertum ejus, ſalvam & incolumem cum gaudio nuntiantem, abjecto clàm juxtâ pugione, ut percuſſorem ſibi ſubornatum arripi conſtringique juſſit, matremque occidi, quaſi deprehenſum crimen voluntariâ morte vitaſſet. Adduntur his atrociora, nec incertis auctoribus; ad viſendum interfectæ cadaver accurriſſe, contre-

dans Rome, en lui suscitant des procès ; & lorsqu'elle se fut retirée à la campagne, il envoyoit des hommes à lui pour l'injurier & l'outrager en passant auprès de sa retraite par terre ou par mer. Mais effrayé de ses menaces & de la violence de son caractere, il résolut de la perdre. Il tenta la voie du poison, & s'apperçut qu'elle étoit sur ses gardes. Il imagina une machine qui devoit faire tomber sur elle pendant son sommeil le plat-fond de sa chambre : ce dessein fut éventé. Alors il eut recours à un vaisseau monté à ressorts qui devoit se briser & la faire périr en la noyant ou en l'écrasant. Il feignit de se réconcilier avec elle, & l'invita par des lettres très tendres à venir à Baies célébrer avec lui les fêtes de Minerve. Il la retint long-tems à table pour donner le tems aux Commandants des galeres de heurter comme par hazard celle qui l'avoit apportée & de la fracasser ; & lorsqu'elle voulut s'en retourner à sa maison de Baules, il lui offrit au lieu de sa galere qui ne pouvoit plus servir, celle qui avoit été construite pour sa perte. Il la reconduisit avec des marques de joie, & lui baisa le sein en se séparant d'elle. Il veilla une partie de la nuit, attendant avec inquiétude le succès de son entreprise. Mais lorsqu'il eut appris qu'elle n'avoit point réussi, & qu'Agrippine s'étoit sauvée à la nage, il ne sut plus quel parti prendre. Dans ce moment Lucius Agérinus, affranchi d'Agrippine, accourut avec joie lui apprendre que sa mere étoit sauvée. Néron, sans qu'il s'en apperçût, jetta auprès de lui un poignard, & le fit arrêter & mettre aux fers comme un assassin envoyé par Agrippine : il donna ordre aussitôt qu'on la tuât, & fit courir le bruit qu'elle s'étoit donné la mort elle-même, voyant son cri-

ctasse membra, alia vituperasse, alia laudasse, sitique interim ortâ, bibisse. Neque tamen sceleris conscientiam, quamquam & militum & senatus populique gratulationibus confirmaretur, aut statim, aut unquam postea ferre potuit: sæpe confessus exagitari se maternâ specie, verberibus Furiarum ac tædis ardentibus. Quin & facto per magos sacro, evocare manes & exorare tentavit. Peregrinatione quidem Græciæ, Eleusiniis sacris, quorum initiatione impii & scelerati voce præconis submoverentur, interesse non ausus est. Junxit parricidio matris amitæ necem. Quam cùm ex duritia alvi cubantem visitaret, & illa tractans lanuginem ejus, ut assolet, jam grandis natu, per blanditias forte dixisset: simul hanc excepero, mori volo: conversus ad proximos, confestim se positurum velut irridens ait: præcepitque medicis ut largius purgarent ægram. Necdum defunctæ bona invasit, suppresso testamento ne quid abscederet.

XXXV. Uxores præter Octaviam duas postea duxit, Poppæam Sabinam, quæstorio patre natam, & equiti Romano ante nuptam: deinde Statiliam Messalinam Tauri bis consulis ac triumphalis abneptem; quâ ut potiretur, virum ejus Atticum Vestinum consulem in honore ipso trucidavit. Octaviæ consuetudinem cito aspernatus, corripientibus amicis, sufficere illi debere

me découvert. On ajoute des circonſtances atroces & l'on en cite des garants ; qu'il accourut pour voir le cadavre ; qu'il y porta les mains, qu'il loua pluſieurs parties de ſon corps & en blâma d'autres, & que dans cet intervalle il demanda à boire. Mais malgré les adulations du peuple & du Sénat, il ne pût échapper à ſa conſcience : il avoua depuis ce moment que l'image de ſa mere le pourſuivoit, & que les furies lui montroient leurs fouets vengeurs & leurs torches ardentes. Il eſſaya de fléchir ſes mânes par un ſacrifice magique. Dans un voyage en Grece il n'oſa pas ſe faire initier aux myſteres d'Eleuſine, effrayé de la voix du crieur qui ordonnoit aux impies & aux ſcélérats de s'éloigner.

La mort de ſa tante ſuivit de près ce parricide. Elle étoit malade d'une irritation d'entrailles : il alla la voir ; & cette femme déja très avancée en âge, lui touchant la barbe comme pour le careſſer, lui dit : *dès que j'aurai vu tomber cette barbe, j'aurai aſſez vécu.* Il dit comme en plaiſantant à ceux qui étoient autour de lui, qu'il alloit ſe la faire abattre ſur le champ, & il ordonna au Médecin de purger la malade exceſſivement. Elle n'étoit pas encore morte, qu'il s'empara de ſes biens ; & pour n'en rien perdre, il ſupprima ſon teſtament.

Il eut pour épouſe, outre Octavie, Poppée, fille d'un Queſteur, mariée auparavant à un Chevalier Romain, & Statilia Meſſalina, petite niece de Taurus, honoré deux fois du conſulat & du triomphe. Pour épouſer cette derniere, il maſſacra ſon mari Atticus Veſtinus, alors Conſul. Dégoûté d'Octavie, il dit à ſes amis qui lui en faiſoient des reproches, que c'étoit aſſez pour elle des orne-

respondit uxoria ornamenta. Eamdem mox sæpe frustrà strangulare meditatus, dimisit ut sterilem: sed improbante divortium populo, nec parcente conviciis, etiam relegavit: denique occidit sub crimine adulteriorum, adeo impudenti falsoque, ut in quæstione pernegantibus cunctis, Anicetum pædagogum suum subjecerit, qui dolo stupratam a se fateretur. Poppæam duodecimo die post divortium Octaviæ in matrimonium acceptam, dilexit unicè. Et tamen ipsam quoque ictu calcis occidit, quod se ex aurigatione serò reversum, gravida & ægra conviciis incesserat. Ex hac filiam tulit Claudiam Augustam, amisitque admodum infantem.

Nullum adeo necessitudinis genus est quod non scelere perculerit. Antoniam Claudii filiam recusantem post Poppææ mortem nuptias suas, quasi molitricem novarum rerum, interemit. Similiter ceteros, aut affinitate aliquâ sibi aut propinquitate conjunctos. In quibus Aulum Plautium juvenem, quem cùm ante mortem per vim constuprasset: Eat nunc, inquit, mater mea, & successorem meum osculetur: jactans dilectum ab ea, & ad spem imperii impulsum. Privignum Rufinum Crispinum, Poppæâ natum, impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendum mari, dum piscaretur, servis ipsius demandavit. Tuscum

ments d'Impératrice. Il voulut l'étrangler plusieurs fois, & la répudia sous prétexte de stérilité : mais le peuple blâmant ce divorce, & s'emportant en invectives contre lui, il l'exila d'abord, & bientôt la fit périr comme coupable d'adultére. La calomnie étoit si évidente, que tous ceux qui furent mis à la torture ayant protesté de son innocence, il suborna un de ses précepteurs nommé Anicétus, qui avoua qu'il avoit joui d'Octavie par artifice. Il épousa Poppée douze jours après qu'il eut répudié Octavie, & l'aima uniquement; ce qui ne l'empêcha pas de la tuer d'un coup de pied, parcequ'étant grosse & malade elle lui avoit dit des injures un jour qu'il étoit revenu trop tard d'une course de chariots. Il en eut une fille nommée Claudia Augusta, qui mourut en bas âge.

Il n'y eut aucune espece de lien qui pût garantir de ses attentats. Il accusa de conspiration & fit mourir Antonie fille de Claude, qui refusoit de prendre la place de Poppée. Il traita de même tous ceux qui lui étoient attachés ou alliés, entr'autres le jeune Aulus Plautius, qu'il viola avant de le faire conduire au supplice, en disant, *que ma mere aille maintenant embrasser mon successeur:* car il prétendoit qu'Agrippine l'aimoit & vouloit l'élever à l'Empire. Poppée avant que de l'épouser avoit eu un fils nommé Rufinus Crispinus; cet enfant s'amusoit à jouer des commandements & des empires, c'en fut assez pour qu'il ordonnât à ses esclaves de le noyer quand il pêcheroit. Il exila Tuscus son frere de lait, parcequ'étant Gouverneur d'Egypte il s'étoit lavé dans des bains préparés pour l'Empereur. Il obligea son précepteur Séneque de se donner la mort : ce philoso-

nutricis filium relegavit, quòd in procuratione Ægypti balneis in adventum suum exstructis lavisset. Senecam præceptorem ad necem compulit: quamvis sæpe commeatum petenti bonisque cedenti, persanctè jurasset, suspectum se frustrà, periturumque potius quàm nociturum ei. Burrho præfecto remedium ad fauces pollicitus, toxicum misit. Libertos divites & senes, olim adoptionis, mox dominationis suæ fautores atque rectores, veneno partim cibis partim potionibus indito, intercepit.

XXXVI. Nec minore sævitiâ foris & in exteros grassatus est. Stella crinita, quæ summis potestatibus exitium portendere vulgo putatur, per continuas noctes oriri cœperat. Anxius eâ re, ut ex Babilo astrologo didicit, solere reges talia ostenta cæde aliquâ illustri expiare, atque a semet in capita procerum depellere: nobilissimo cuique exitium destinavit, multò magis & quasi per justam causam, duabus conjurationibus promulgatis: quarum prior majorque Pisoniana, Romæ; posterior Viniciana, Beneventi, conflata atque detecta est. Conjurati e vinculis triplicium catenarum dixêre causam: cùm quidam crimen ultrò faterentur, nonnulli etiam imputarent, tamquam aliter illi non possent nisi morte succurrere, dedecorato flagitiis omnibus. Damnatorum liberi Urbe pulsi, enecti-

phe lui avoit ſouvent demandé la retraite, & lui avoit offert tous ſes biens; mais Néron lui avoit répondu que ſes craintes étoient mal fondées, & qu'il aimeroit mieux mourir que de lui faire aucun mal. Il avoit promis à Burrhus, Préfet du Prétoire, un remede pour le mal de gorge; il lui envoya du poiſon. Il fit périr de la même maniere de riches affranchis qui l'avoient fait adopter par Claude, & qui avoient été ſes ſoutiens & ſes conſeillers.

Il ne fut pas moins cruel envers ceux qui lui étoient étrangers. Une comete chevelue, aſtre qui menaçe les Puiſſances, à ce que l'on croit, avoit paru pendant pluſieurs nuits; troublé par ce phénomene, il apprit de l'aſtrologue Babilus que les Princes avoient coutume de détourner ce funeſte préſage par des meurtres expiatoires, & de le faire tomber ſur la tête des Grands. Dès ce moment il réſolut la perte de ce qu'il y avoit de plus illuſtre à Rome; & pour que l'occaſion ne lui manquât pas, on découvrit deux conjurations, celle de Piſon à Rome, & celle de Vinicius à Bénévent. Les conjurés parurent devant lui, chargés de triples chaînes. Quelques-uns avouerent leur projet, & d'autres le lui imputerent à lui-même, diſant qu'ils n'avoient pu le dérober que par la mort à l'infamie dont il étoit couvert. Les enfants des conjurés furent chaſſés de Rome, & obligés de mourir ou par le poiſon ou par la faim. Quelques-uns furent égorgés dans un repas avec leurs précepteurs &

que veneno aut fame. Conſtat quoſdam cum pædagogis & capſariis uno prandio pariter necatos, alios diurnum victum prohibitos quærere.

XXXVII. Nullus poſthac adhibitus delectus aut modus interimendi quoſcumque libuiſſet, quacumque de cauſa. Sed ne de pluribus referam, Salvidieno Orfito objectum eſt quòd tabernas tres de domo ſua circa forum civitatibus ad ſtationem locaſſet: Caſſio Longino juriſconſulto ac luminibus orbato, quod in vetere gentili ſtemmate Caii Caſſii percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet: Pæto Thraſeæ, triſtior & pædagogi vultus. Mori juſſis non ampliùs quàm horæ ſpatium dabat: ac ne quid moræ interveniret, medicos admovebat qui cunctantes continuò curarent, ita enim vocabat venas mortis gratiâ incidere. Creditur etiam polyphago cuidam Ægyptii generis, crudam carnem & quidquid daretur mandere aſſueto, concupiſſe vivos homines laniandos abſumendoſque objicere. Elatus inflatuſque tantis velut ſucceſſibus, negavit quemquam principum ſciſſe quid ſibi liceret. Multaſque nec dubias ſignificationes ſæpe jecit, ne reliquis quidem ſe parſurum ſenatoribus: eumque ordinem ſublaturum quandoque e republica; ac provincias & exercitus equiti Romano ac libertis permiſſurum. Certè neque adveniens, neque proficiſcens, quemquam oſculo

leurs esclaves : d'autres furent privés de toute nourriture.

Dès-lors il immola indistinctement & sur toutes sortes de prétextes tous ceux dont il voulut se défaire. On fit un crime à Salvidiénus Orfitus d'avoir loué à des étrangers trois boutiques dépendantes de sa maison auprès de la place publique : à Cassius Longinus, Jurisconsulte & aveugle, d'avoir placé l'image de Cassius, assassin de César, parmi celles de ses ancêtres : à Pétus Traséa, d'avoir le front sévere d'un Censeur. On ne donnoit qu'une heure pour mourir à ceux qui étoient condamnés ; & pour qu'il n'y eût aucun délai, on leur envoyoit avec leur arrêt de mort un Médecin pour les *soigner*, selon son expression, c'est-à-dire pour leur couper les veines. Il vouloit donner des hommes vivants à dévorer à un Egyptien qui mangeoit de la chair crue. Fier d'avoir tant osé impunément, il prétendit qu'avant lui aucun Prince n'avoit su ce qu'on peut sur le trône. Il donna souvent à entendre qu'il n'épargneroit pas le reste des Sénateurs, qu'il anéantiroit cet Ordre & donneroit le commandement des armées aux Chevaliers Romains & aux affranchis. Jamais il n'embrassa ni ne salua aucun Sénateur ; & dans la priere qu'il fit avant que de commencer les travaux de l'isthme, il prononça des vœux pour lui & pour le peuple Romain, & ne fit aucune mention du Sénat.

impertivit, ac ne resalutatione quidem. Et in auspicando opere Isthmi, magnâ frequentiâ, clarè ut sibi ac populo Romano bene res verteret, optavit, dissimulatâ senatus mentione.

XXXVIII. Sed nec populo aut mœnibus patriæ pepercit. Dicente quodam in sermone communi:

Εμῦ θανόντες γαῖα μιχθήτω πυρί.

Imò, inquit, ἐμῦ ζῶντος· Planèque ita fecit: nam quasi offensus deformitate veterum ædificiorum, & angustiis flexurisque vicorum, incendit Urbem tam palam, ut plerique consulares, cubicularios ejus cum stuppa tedaque in prædiis suis deprehensos non attigerint: & quædam horrea circa domum Auream, quorum spatium maximè desiderabat, bellicis machinis labefactata, atque inflammata sint, quod saxeo muro constructa erant. Per sex dies septemque noctes eâ clade sævitum est, ad monumentorum bustorumque diversoria plebe compulsâ. Tunc præter immensum numerum insularum, domus priscorum ducum arserunt hostilibus adhuc spoliis adornatæ, deorumque ædes ab regibus, ac deinde Punicis ac Gallicis bellis votæ dedicatæque, & quidquid visendum atque memorabile ex antiquitate duraverat. Hoc incendium e turri Mæcenatiana prospectans, lætusque flammæ, ut aïebat, pulcritudine, ἅλωσιν Ilii in illo suo sce-

Il n'épargna pas même le peuple Romain ni les murs de Rome. Quelqu'un répétant ce proverbe grec, *qu'après ma mort tout périsse*, il répondit, *que tout périsse de mon vivant*, & il agit en conséquence. En effet, choqué, à ce qu'il disoit, du mauvais goût des anciens édifices, de la petitesse & de l'irrégularité des rues, il mit le feu à la ville si publiquement, que des citoyens consulaires n'oserent pas arrêter ses esclaves qu'ils surprirent dans leurs maisons avec des étoupes & des flambeaux. Des greniers voisins du *palais d'or*, & dont le terrein lui faisoit envie, furent incendiés & battus par des machines de guerre, parcequ'ils étoient bâtis en pierres de taille : l'incendie dura six jours & sept nuits. Le peuple pendant ce tems étoit retiré dans des tombeaux. Outre un nombre infini de maisons particulieres, le feu consuma les demeures des anciens Généraux Romains, encore ornées des dépouilles des ennemis, les temples bâtis par les Rois de Rome ou pendant les guerres des Gaules & de Carthage, & tous les monuments les plus remarquables de l'ancienne République. Il regardoit ce spectacle du haut de la tour de Mécene, charmé, disoit-il, de la beauté du feu, & chantant en habit de comédien l'embrâsement de Troye. Il avoit promis qu'il permettroit du moins de fouiller les débris de l'incendie ; mais voulant s'enrichir des désastres publics, il ne permit à personne d'en approcher. Il reçut & même exigea des contributions pour les réparations de la ville, & ruina les provinces & les particuliers.

nico habitu decantavit. Ac ne non hinc quoque quantum posset prædæ & manubiarum invaderet, pollicitus cadaverum & ruderum gratuitam egestionem, nemini ad reliquias rerum suarum adire permisit: collationibusque non receptis modò, verùm & efflagitatis, provincias privatorumque census prope exhausit.

XXXIX. Accesserunt tantis ex principe malis probrisque, quædam & fortuita: pestilentia unius autumni, quâ triginta funerum millia in rationem Libitinæ venerunt: clades Britannica, quâ duo præcipua oppida magnâ civium sociorumque cæde direpta sunt: ignominia ad orientem, legionibus in Armenia sub jugum missis, ægreque Syriâ retentâ. Mirum & vel præcipuè notabile inter hæc fuit, nihil eum patientius quàm maledicta & convitia hominum tulisse: neque in ullos leniorem quàm qui se dictis aut carminibus lacessissent, exstitisse. Multa Græcè Latinèque proscripta, aut vulgata sunt, sicut illa:

Νέρων, Ορέστης, Αλκμαίων, μητροκτόνοι.

Νεόνυμφος Νέρον ἰδίαν μητέρα ἀπέκτεινεν.

Quis neget Æneæ magna de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

Dum tendit citharam noster, dum cornua Parthus,
Noster erit Pæan, ille Εκατηβελέτης.

Aux

pondit exitus : nam confirmatum per legatos ſuos imperium, per ſe retinere non potuit.

X. De Bebriacenſi victoria & Othonis exitu, cùm adhuc in Gallia eſſet, audiit : nihilque cunctatus, quidquid prætorianarum cohortium fuit, ut peſſimi exempli, uno exauctoravit edicto, juſſas tribunis tradere arma ; centum autem atque viginti, quorum libellos Othoni datos invenerat, expoſcentium præmia ob editam in cæde Galbæ operam, conquiri, & ſupplicio affici imperavit : egregiè prorſus atque magnificè, & ut ſummi principis ſpem oſtenderet, niſi cetera magis & naturâ, & priore vitâ ſuâ, quàm ex imperii majeſtate geſſiſſet. Namque itinere inchoato, per medias civitates ritu triumphantium vectus eſt, perque flumina, delicatiſſimis navigiis, & variarum coronarum genere redimitis, inter profuſiſſimos opſoniorum apparatus, nulla familiæ aut militis diſciplinâ, rapinas ac petulantiam omnium in jocum vertens. Qui non contenti epulo ubique publicè præbito, quoſcumque libuiſſet, in libertatem aſſerebant ; verbera & plagas, ſæpe vulnera, nonnunquam necem repræſentantes adverſantibus. Utque campos, in quibus pugnatum eſt, adiit, abhorrentes quoſdam cadaverum tabem, deteſtabili voce confirmare auſus eſt : Optimè olere occiſum hoſtem, & meliùs civem. Nec eo ſecius ad

firma

firma ces préſages ; ſes lieutenants lui donnerent l'empire, & il ne pût le garder.

Il apprit dans les Gaules la victoire de Bébriac & la mort d'Othon ; auſſitôt il caſſa par un ſeul édit toutes les cohortes prétoriennes comme un corps dangereux, & leur ordonna de rendre leurs armes aux Tribuns. Il fit rechercher & punir de mort cent vingt ſoldats dont il avoit trouvé des mémoires préſentés à Othon, où ils demandoient la récompenſe du ſervice qu'ils avoient rendu en faiſant périr Galba. Cette action étoit belle & annonçoit un grand Prince : mais tout le reſte de ſon regne fut conforme à la vie qu'il avoit menée juſqu'alors, & indigne d'un Empereur. Pendant toute ſa route il traverſa les villes en triomphe, paſſa les rivieres dans des barques voluptueuſement ornées, couvertes de fleurs & chargées de tout l'appareil des feſtins. Le déſordre étoit égal dans ſa maiſon & dans ſon armée : on tournoit en plaiſanterie les rapines & les violences. Non contents d'un repas public qui les attendoit partout où ils paſſoient, les gens de la ſuite de Vitellius mettoient en liberté les eſclaves, & frappoient, bleſſoient & même tuoient tous ceux qui s'oppoſoient à ces affranchiſſements. Sur le champ de bataille de Bébriac, voyant quelques perſonnes que la vue des cadavres faiſoit frémir, il dit ce mot exécrable : *un ennemi mort ſent toujours bon, ſurtout quand c'eſt un concitoyen.* Cependant, pour remédier à la mauvaiſe odeur, il but beaucoup de vin & en fit boire à ſa ſuite. Il n'outragea pas avec moins d'inſolence la mémoire d'Othon, dont il vit le nom gravé ſur une pierre qui couvroit ſon tombeau : *il ne mérite pas*, dit-il, *un autre mauſolée.* Il con-

leniendam gravitatem odoris plurimùm meri propalam hausit, passimque divisit. Pari vanitate, atque insolentiâ lapidem memoriæ Othonis inscriptum intuens, dignum eo Mausoleo ait: pugionemque, quo se is occiderat, in Agrippinensem coloniam misit, Marti dedicandum. In Apennini quidem jugis etiam pervigilium egit.

XI. Urbem denique ad classicum introiit paludatus: ferroque succinctus, inter signa atque vexilla, sagulatis comitibus ac detectis commilitonum armis. Magis deinde ac magis, omni divino humanoque jure neglecto, Alliensi die pontificatum maximum cepit: comitia in decem annos ordinavit, seque perpetuum consulem. Et ne cui dubium foret, quod exemplar regendæ reipublicæ eligeret, medio Martio campo adhibitâ publicorum sacerdotum frequentiâ, inferias Neroni dedit: ac solenni convivio citharœdum placentem palam admonuit ut & aliquid de Domitio diceret: inchoantique Neroniana cantica, primus exsultans etiam plausit.

XII. Talibus principiis magnam imperii partem, nonnisi consilio & arbitrio vilissimi cujusque histrionum & aurigarum administravit, & maximè Asiatici liberti. Hunc adolescentulum mutuâ libidine constupratum, mox tædio profugum, cum Puteolis poscam vendentem reprehendisset, conjecit in compedes, statimque sol-

ſacra à Mars, dans la colonie d'Agrippine, le poignard avec lequel Othon s'étoit tué, & fit un ſacrifice & une veille nocturne ſur les hauteurs de l'Appennin.

Il entra dans Rome au ſon des trompettes, en habit de guerre, l'épée au côté, au milieu des aigles & des enſeignes. Ceux de ſa ſuite étoient vêtus d'une caſaque militaire, & ſes ſoldats avoient les armes à la main. Il commença dès-lors à fouler aux pieds toutes les loix divines & humaines. Il prit poſſeſſion du ſouverain pontificat le jour d'*Allia* (1); il donna les magiſtratures pour dix ans, s'établit Conſul perpétuel; & afin qu'on ne doutât pas du modele qu'il avoit choiſi, il aſſembla les Pontifes au milieu du champ de Mars, & fit faire des offrandes aux mânes de Néron. Il dit à un muſicien qui l'amuſoit dans au repas, de lui chanter quelque choſe de Domitius: le muſicien commença les chanſons de Néron, & Vitellius battit des mains.

Tels furent les commencements de ce regne, qui fut celui des hiſtrions, des cochers, & ſurtout d'Aſiaticus l'affranchi. Il avoit été attaché à Vitellius dès ſa premiere jeuneſſe par un commerce de proſtitution mutuelle; dégoûté de cette vie il s'enfuit. Son maître le retrouva à Pouzzoles vendant de la piquette; il le mit dans les fers, puis le délivra & ſe reprit d'inclination pour

(1) Jour de la défaite des Romains par les Gaulois mis au rang des jours funeſtes, *dies nefaſti*.

vit, & rurſus in deliciis habuit: iterum deinde ob nimiam contumaciam & ferocitatem gravatus, circumforaneo laniſtæ vendidit, dilatumque ad finem muneris repentè ſurripuit, & provinciâ demùm acceptâ manumiſit: ac primo imperii die aureis donavit annulis ſuper cœnam, cum mane rogantibus pro eo cunctis, deteſtatus eſſet ſeveriſſimè talem equeſtris ordinis maculam.

XIII. Sed vel præcipuè luxuriæ ſævitiæque deditus, epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat: in jentacula, & prandia, & cœnas, comeſſationeſque: facilè omnibus ſufficiens, vomitandi conſuetudine. Indicebat autem aliud alii eâdem die: nec cuiquam minus ſinguli apparatus quadringenis millibus nummûm conſtiterunt. Famoſiſſima ſuper ceteras fuit cœna ei data adventitia a fratre: in qua duo millia lectiſſimorum piſcium, ſeptem avium appoſita traduntur. Hanc quoque exſuperavit ipſe dedicatione patinæ, quàm ob immenſam magnitudinem clypeum Minervæ, αἰγίδα πολιούχου dictitabat. In hac ſcarorum jecinora, phaſianorum & pavonum cerebella, linguas phœnicopterum, murenarum lactes, a Carpathio uſque fretoque Hiſpaniæ, per navarchos ac triremes petitarum, commiſcuit. Ut autem homo non profundæ modò, ſed intempeſtivæ quoque

lui. Choqué de son humeur dure & mutine, il le vendit à un maître de gladiateurs ambulants; l'enleva de nouveau lorsqu'il alloit paroître dans l'arêne; & se trouvant nommé dans le même tems au gouvernement d'Afrique, il l'affranchit. Le jour de son avénement au trône il lui donna l'anneau d'or à table, quoique le matin du même jour il eût répondu à ceux qui lui demandoient cette grace pour Asiaticus, qu'il regardoit comme un abus détestable d'imprimer cette tache à l'ordre des Chevaliers.

Ses vices favoris étoient la cruauté & la gourmandise. Il faisoit régulierement trois repas & souvent quatre, le déjeuner, le dîner, le souper, & le quatrieme qu'il appelloit débauche. Il suffisoit à tous par l'habitude de vomir. Il se faisoit inviter le même jour chez plusieurs personnes, & chaque repas ne coutoit pas moins de quatre cents mille sesterces (1). Le plus fameux fut celui que lui donna son frere à son arrivée à Rome : on y servit deux mille poissons choisis, & sept mille oiseaux. Il surpassa encore cette magnificence en faisant l'inauguration d'un plat d'une grandeur énorme, qu'il appelloit l'égide de Minerve : on y avoit mêlé des foies de carlets, des cervelles de faisands & de paons, des langues de phénicopteres, des laites de lamproies. Pour composer ce plat on avoit fait courir des vaisseaux depuis le golphe de Venise jusqu'au détroit de Cadix. Sa gourmandise le dominoit au point que dans les sacrifices il enlevoit les viandes à demi rôties & les gâteaux à demi cuits, & qu'en passant dans les rues il prenoit

(1) 80000 livres.

ac ſordidæ gulæ, ne in ſacrificio quidem unquam, aut itinere ullo temperavit, quin inter altaria ibidem ſtatim viſcus & farra pene rapta e foco manderet, circaque viarum popinas fumantia opſonia, vel pridiana atque ſemeſa.

XIV. Pronus vero ad cujuſque & quacumque de cauſa necem atque ſupplicium, nobiles viros, condiſcipulos & æquales ſuos, omnibus blanditiis tantùm non ad ſocietatem imperii alliceſactos, vario genere fraudis occidit: etiam unum veneno manu ſuâ porrecto in aquæ frigidæ potione, quam is affectus febre popoſcerat. Tum fœneratorum & ſtipulatorum publicanorumque, qui unquam ſe aut Romæ debitum, aut in via portorium flagitaſſent, vix ulli pepercit. Ex quibus quemdam in ipſa ſalutatione ſupplicio traditum ſtatimque revocatum, cunctis clementiam laudantibus, coram interfici juſſit, velle ſe dicens paſcere oculos: alterius pœnæ duos filios adjecit deprecari pro patre conatos. Sed & equitem Romanum proclamantem, cùm raperetur ad pœnam, Heres meus es: exhibere teſtamenti tabulas coegit: utque legit coheredem ſibi libertum ejus adſcriptum, jugulari cum liberto imperavit. Quoſdam & de plebe ob idipſum quod Venetæ factioni clarè maledixerant, interemit: contemptu ſui, & novâ ſpe id auſos opinatus. Nullis tamen infenſior, quàm vernaculis

ſur les boutiques & dans les cabarets des mets tout fumants, ou qui avoient été ſervis la veille & étoient à demi rongés.

Toujours prêt à condamner & à ſévir ſur toutes ſortes de prétextes, il fit périr de différentes manieres des citoyens nobles qui avoient été ſes camarades, & qu'il avoit attirés auprès de lui par les careſſes les plus ſéduiſantes. L'un d'eux fut empoiſonné dans de l'eau froide qu'il lui préſenta de ſa main dans un accès de fievre. Il n'épargna preſqu'aucun des uſuriers & des receveurs qui avoient exigé de lui leur créance, ou qui lui avoient fait payer des impôts dans ſes voyages. Il en envoya un au ſupplice dans l'inſtant où il venoit le ſaluer ; & l'ayant fait revenir tout d'un coup, tout le monde louoit déja ſa clémence, quand il donna ordre de l'exécuter devant lui, diſant qu'il vouloit repaître ſes yeux de ſon ſupplice. Un autre dont les deux fils demandoient la grace, les vit condamner avec lui. Un Chevalier Romain qu'on menoit à la mort lui cria, *vous êtes mon héritier ;* Vitellius voulut voir ſon teſtament ; & liſant qu'en effet il étoit nommé ſon héritier de moitié avec un affranchi, il fit égorger l'affranchi & lui. Pluſieurs perſonnes du peuple eurent le même ſort pour avoir dit du mal de la faction des bleus : il prétendoit qu'ils n'avoient eu cette hardieſſe que par mépris pour lui & dans l'eſpérance de ſa ruine. Il en vouloit ſurtout aux aſtrologues domeſtiques (1), qu'il

(1) Beaucoup de Romains avoient parmi leurs eſclaves des Aſtrologues, des devins qu'ils appelloient du nom de *Mathématiciens*, qui pourtant n'auroient pas prédit une éclipſe auſſi-bien que Matthieu Laensberg, mais qui en ſavoient bien autant que lui ſur les grands événements de ce monde.

mathematicis, ut quisque deferretur, inauditum capite puniebat. Exacerbatus, quod post edictum suum, quo jubebat intra Kalendas Octobris Urbe Italiâque mathematici excederent, statim libellus est propositus, Chaldæos edicere, Bonum factum: Ne Vitellius Germanicus intra eumdem Kalendarum diem usquam esset. Suspectus & in mortem matris fuit, quasi ægræ præberi cibum prohibuisset; vaticinante Catta muliere, cui velut oraculo acquiescebat, ita demum firmiter ac diutissimè imperaturum, si superstes parenti exstitisset. Et alii tradunt ipsam tædio præsentium, & imminentium metu, venenum a filio impetrasse, haud sanè difficulter.

XV. Octavo imperii mense desciverunt ab eo exercitus Mœsiarum atque Panoniæ: item ex transmarinis, Judaicus & Syriacus: ac pars in absentis, pars in præsentis Vespasiani verba jurarunt. Ad retinendum ergò cæterorum hominum studium ac favorem, nihil non publicè privatimque nullo adhibito modo largitus est. Delectum quoque eâ conditione in Urbe egit, ut voluntariis non modo missionem post victoriam, sed etiam veteranorum justæque militiæ commoda polliceretur. Urgenti deinde terrâ marique hosti, hinc fratrem cum classe ac tironibus & gladiatorum manu opposuit: hinc & Bebriacenses copias & duces. Atque ubique

faifoit périr dès qu'on les accufoit. Il étoit aigri contre eux parcequ'ayant donné un édit qui leur ordonnoit de fortir de Rome & d'Italie avant les calendes d'octobre, ils afficherent de leur côté un édit des Chaldéens : *Défenfe à Vitellius Germanicus d'être en aucun endroit du monde le jour des calendes d'octobre* (1). Il fut foupçonné auffi d'avoir fait mourir fa mere de faim dans une maladie, fur la prédiction d'une femme Allemande qu'il croyoit comme un oracle, & qui lui annonçoit un regne long & tranquille s'il furvivoit à fa mere : d'autres difent que dégoûtée du préfent & effrayée de l'avenir, elle lui avoit demandé du poifon qu'il lui avoit donné fans beaucoup de peine.

Le huitieme mois de fon regne les légions de Pannonie, de Mefie, de Syrie & de Judée fe révolterent ; toutes prêterent ferment à Vefpafien abfent ou préfent. Vitellius, pour s'affurer de ce qui lui reftoit, eut recours aux largeffes publiques & particulieres portées jufqu'à l'excès : il fit des levées dans Rome, promettant à ceux qui s'engageroient volontairement, le congé après la victoire, & les récompenfes des vétérans & d'un fervice régulier. Preffé par fes ennemis fur terre & fur mer, il leur oppofa d'un côté fon frere avec une flotte, des milices nouvelles, & des gladiateurs ; de l'autre les troupes & les Généraux qui avoient vaincu à Bébriac. Bientôt trahi ou battu de toutes parts, il

(1) Cela vouloit dire qu'avant ce jour il feroit mort, ce qui ne manqua pas d'arriver.

aut ſuperatus, aut proditus, ſalutem ſibi, & millies ſeſtertium a Flavio Sabino Veſpaſiani fratre pepigit: ſtatimque pro gradibus Palatii apud frequentes milites cedere ſe imperio, quod invitus recepiſſet, profeſſus, cunctis reclamantibus rem diſtulit: ac nocte interpoſitâ, primo diluculo ſordidatus deſcendit ad Roſtra, multiſque cum lacrymis eadem illa verba, verum e libello, teſtatus eſt. Rurſus interpellante milite ac populo, & ne deficeret hortante, omnemque operam ſuam certatim pollicente, animum reſumpſit. Sabinumque & reliquos Flavianos nihil jam metuentes, vi ſubitâ in Capitolium compulit, ſuccenſoque templo Jovis optimi maximi oppreſſit. Cùm & prælium & incendium e Tiberiana proſpiceret domo inter epulas, non multò poſt pœnitens facti, & in alios culpam conferens, vocatâ concione juravit, coegitque jurare & ceteros, nihil ſibi antiquius quiete publicâ fore. Tunc ſolutum a latere pugionem, conſuli primùm, deinde illo recuſante, magiſtratibus, ac mox ſenatoribus ſingulis porrigens: nullo recipiente, quaſi in æde Concordiæ poſiturus abſceſſit. Sed quibuſdam acclamantibus, ipſum eſſe Concordiam, rediit: nec ſolùm retinere ſe ferrum affirmavit, verùm etiam Concordiæ recipere cognomen.

XVI. Suaſitque ſenatoribus, ut legatos cum

fit un traité avec Flavius Sabinus, frere de Vespasien, par lequel il ne se réservoit que la vie & cent millions de sesterces (2) de revenu. Aussitôt il parut sur les dégrés du palais, déclara aux soldats qu'il renonçoit à l'Empire, dont il ne s'étoit chargé que malgré lui ; mais tous s'y opposerent, & sa destitution fut différée. La nuit s'étant passée, il descendit au point du jour en habit de deuil jusques dans la place publique, & lut en pleurant l'acte de son abdication : le peuple & les soldats l'interrompirent encore, l'exhortant à ne pas se laisser abattre, & lui promettant leurs services. Il reprit courage, fit attaquer brusquement Sabinus & ses partisans lorsqu'ils s'y attendoient le moins. Ils furent poussés jusques dans le Capitole, & se retirerent dans le temple de Jupiter, où l'on mit le feu & où ils furent étouffés. Il regardoit le combat & l'incendie du haut de la maison de Tibere où il étoit à table. Il ne fut pas long-tems à se repentir de cette violence, dont il prétendit n'être pas l'auteur ; & ayant assemblé le peuple, il fit jurer à tous, & jura le premier, de n'avoir rien de plus cher que la paix de l'Etat : alors tirant son poignard, il le présenta au Consul, & sur son refus aux Magistrats & aux Sénateurs. Personne ne le reçut, & il s'en alloit déja le déposer dans le temple de la Concorde, lorsque quelques-uns lui crierent qu'il étoit lui-même la Concorde : il revint sur ses pas, déclarant qu'il gardoit le poignard & le nom de la Concorde.

Il engagea les Sénateurs à envoyer des députés

(1) Vingt millions de livres.

virginibus Veſtalibus mitterent, pacem, aut certe tempus ad conſultandum petituros. Poſtridie reſponſa opperienti, nuntiatum eſt per exploratorem, hoſtem appropinquare. Continuò igitur abſtruſus geſtatoriâ ſellâ, duobus ſolis comitibus, piſtore & coquo, Aventinum, & paternam domum clam petiit, ut inde in Campaniam fugeret. Mox levi rumore & incerto, tamquam pax impetrata eſſet, referri ſe in Palatium paſſus eſt: ubi cùm deſerta omnia reperiſſet, dilabentibus etiam qui ſimul erant, zonâ ſe aureorum plenâ circumdedit: confugitque in cellulam janitoris, religato pro foribus cane, lectoque & culcitâ objectis.

XVII. Irruperant autem jam agminis anteceſſores: ac nemine obvio rimabantur, ut fit, ſingula. Ab iis extractus e latebra, ſciſcitantes quiſnam eſſet (nam ignorabatur) & ubi eſſe Vitellium ſciret, mendacio eluſit: deinde agnitus, rogare non deſtitit quaſi quædam de ſalute Veſpaſiani dicturus, ut cuſtodiretur interim vel in carcere: donec religatis poſt terga manibus, injecto cervicibus laqueo, veſte diſciſsâ, ſeminudus in forum tractus eſt, inter magna rerum verborumque ludibria, per totum viæ Sacræ ſpatium, reducto comâ capite, ceu noxii ſolent, atque etiam mento mucrone gladii ſubrecto, ut viſendam præberet faciem, neve ſubmitteret,

accompagnés des Vestales pour demander la paix, ou du moins quelque tems pour délibérer. Le lendemain comme il attendoit la réponse, on lui annonça que l'ennemi approchoit ; aussitôt il se jetta à bas de sa litiere, & suivi seulement de deux personnes, dont l'une étoit son cuisinier & l'autre son boulanger, il prit secrettement le chemin du Mont Aventin, où étoit la maison de ses peres, pour s'enfuir de là dans la Campanie. Mais le bruit s'étant répandu confusément que l'ennemi avoit accordé la paix, il se laissa reporter dans son palais : il le trouva désert ; lui-même fut bientôt abandonné. Alors il s'entoura d'une ceinture pleine de pieces d'or ; se réfugia dans la chambre du portier, attacha le chien devant la porte, & mit devant un lit & un matelas.

La tête de l'armée s'avançoit déja, & quelques soldats ne rencontrant personne devant eux se répandirent dans le palais. Ils tirerent Vitellius de sa retraite, &, ne sachant qui il étoit, lui demanderent où étoit l'Empereur. Il cherchoit à les tromper lorsqu'il fut reconnu ; mais il ne cessa pas de demander la vie, disant qu'il avoit des secrets à révéler qui intéressoient les jours de Vespasien, & priant qu'on le gardât en prison ; jusqu'à ce qu'enfin on le traîna demi nud dans la place publique, ses habits déchirés, la corde au col, les mains liées derriere le dos, & ses cheveux ramassés derriere sa tête comme ceux des criminels : quelques-uns même lui relevoient le menton avec la pointe de leur épée pour que l'on vît mieux son visage ; d'autres lui jettoient de la boue & des ordures, l'appellant gourmand & incen-

quibuſdam ſtercore & cœno inceſſentibus, aliis incendiarium & patinarium vociferantibus, parte vulgi etiam corporis vitia exprobrante (erat enim in eo enormis proceritas, facies rubida plerumque ex vinolentia, venter obeſus, alterum femur ſubdebile, impulſu olim quadrigæ, cum auriganti Caio miniſtratorem ſe exhiberet). Tamdem apud Gemonias minutiſſimis ictibus excarnificatus atque confectus eſt, & inde unco tractus in Tiberim.

XVIII. Periit cum fratre & filio, anno vitæ ſeptimo & quinquageſimo, nec fefellit conjecturam eorum, qui augurio, quod factum ei Viennæ oſtendimus, non aliud portendi prædixerant, quàm venturum in alicujus Gallicani hominis poteſtatem: ſiquidem ab Antonio Primo adverſarum partium duce oppreſſus eſt, cui Toloſæ nato cognomen in pueritia Becco fuerat, id valet gallinacei roſtrum.



diaire. Le peuple lui reprochoit jusqu'à ses défauts corporels ; car il avoit la taille d'une hauteur démesurée, le visage rouge & bourgeonné par le fréquent usage du vin, le ventre gros & une jambe plus foible que l'autre ; cette derniere incommodité venoit d'avoir été froissé en menant un char avec Caius. Enfin il fut mis en pieces aux gémonies après avoir été long-tems tourmenté, & de-là traîné avec un croc dans le Tibre.

Il périt avec son frere & son fils dans la cinquante-septieme année de son âge, justifiant la prédiction qu'on lui avoit faite à Vienne à propos du prodige que nous avons rapporté, qu'il tomberoit entre les mains d'un Gaulois. En effet, il fut détrôné par Antonius Primus, Général de l'armée ennemie, qui étoit né à Toulouse, & qui dans son enfance avoit eu le surnom de *Becco*, ce qui signifie en langue Gauloise, *le bec d'un coq*.



RÉFLEXIONS SUR VITELLIUS.

Le successeur d'Othon étoit un des hommes les plus méprisables dont il soit mention dans l'histoire, & ce fut précisément son indignité qui fit son élévation. Galba ne l'envoya commander les légions de Germanie que parcequ'il le regardoit comme un homme sans considération, qui ne pouvoit être à craindre ni dans aucune place ni dans aucune conjoncture. Mais les soldats mutinés, jaloux du privilege que les Prétoriens s'étoient arrogé de faire des Empereurs, & jugeant qu'il y avoit tout à gagner pour eux dans une pareille élection, le porterent sur le trône sans qu'il y pensât, & même avec beaucoup plus d'empressement qu'ils n'en auroient fait voir pour un citoyen plus distingué dont ils auroient attendu de moindres récompenses.

Vitellius avoit cependant pour lui l'illustration que les trois consulats de son pere répandoient sur sa famille; mais ce pere étoit un personnage encore plus vil que son fils, & la maniere dont il parvint aux dignités étoit plus ignominieuse que le consulat n'étoit glorieux. Il paroît que c'étoit un modele de bassesse & de lâcheté. Le soulier de Messaline qu'il portoit assidument sous sa toge est une anecdote bien singuliere dans l'histoire de la flatterie, & qui fait voir jusqu'où les hommes peuvent descendre. Il faut convenir que si les Romains de la République élevent quelquefois l'humanité par des traits qui semblent au-dessus d'elle, les Romains de l'Empire la dégradent & la consternent par des exemples d'humiliation dont on ne la croiroit pas capable. Les deux extrêmes se trouvent dans le même peuple, & ces flatteurs de Louis XIV à qui l'on a reproché leur idolâtrie, que tant de raisons paroissoient

ſoient juſtifier, étoient des héros en comparaiſon des courtiſans de Claude & de Néron.

Vitellius ſe repentit bientôt d'avoir accepté une couronne qu'il ne pouvoit pas ſoutenir, & qu'il ne ſe ſentoit pas fait pour diſputer à perſonne. Dès qu'il eut un concurrent, il ſe crut perdu Il avoit abuſé beaucoup de cette puiſſance paſſagere qu'on alloit lui arracher. Il étoit auſſi cruel que foible, & l'un tient ſouvent à l'autre. On connoît de lui cette parole odieuſe qu'on prétend avoir été répétée par Henri III, *le corps d'un ennemi mort ſent toujours bon.* M Linguet ne veut pas qu'il ait dit ce mot, & ſa raiſon eſt que *Suétone ſeul le rapporte*, & que *par conſéquent on eſt diſpenſé de le croire.* C'eſt ainſi que M. Linguet raiſonne toujours. Cependant dans le cours de ſon *Hiſtoire des Révolutions* il tranſcrit beaucoup de choſes qu'il n'a trouvées que dans Suétone, & qu'il ne s'eſt pas *diſpenſé de croire.* S'il y avoit quelque invraiſemblance dans ce mot attribué à Vitellius, M. Linguet pouvoit le réfuter ; mais refuſer toute croyance à un trait hiſtorique qu'on ne peut attaquer d'aucune maniere, & le rejetter uniquement parceque c'eſt Suétone qui le raconte, c'eſt une dialectique étrange & particuliere à M. Linguet Il cite à cette occaſion une phraſe de M. de Voltaire; que *la plupart des apophtegmes ſont des répétitions.* Cela peut être : mais pourvu que Vitellius ait pu dire ce mot comme un autre, la citation ne prouvera rien, ſi ce n'eſt que l'exemple d'un grand Ecrivain qui rejette ſouvent avec autant de raiſon que d'éloquence les fables antiques & les fauſſes traditions, a fait croire à M. Linguet qu'il y auroit autant & peut être plus de gloire à combattre la vérité & le bon ſens. Cette idée eſt d'autant plus vraiſemblable en lui, qu'il regarde *l'art d'écrire* comme *un art très futile.* On pourroit lui rappeller ici une phraſe de M. de Vol-

taire, puisqu'il aime à le citer; que *le sûr moyen d'être au-dessous de son art, c'est de se croire au-dessus.* Mais au reste il est bien vrai qu'il y a un art d'écrire très futile, c'est celui de faire des phrases communes sur des sujets usés, de prendre la manie des paradoxes pour le courage de la raison, les figures de rhétorique pour les couleurs de l'éloquence, & de décrier avec audace Tacite & Montesquieu au lieu de les entendre & de les respecter.



VESPASIEN.



VESPASIANUS.

Rebellione trium principum & cæde, incertum diu & quaſi vagum imperium ſuſcepit firmavitque tandem gens Flavia : obſcura illa quidem, ac ſine ullis majorum imaginibus ; ſed tamen reipublicæ nequaquam pœnitenda, conſtet licet Domitianum cupiditatis ac ſævitiæ meritò pœnas luiſſe. Titus Flavius Petronius municeps Reatinus, bello civili, Pompeianarum partium centurio, ſponte an evocatus, profugit ex Pharſalica acie, domumque ſe contulit. Ubi deinde veniâ & miſſione impetratâ, coactiones argentarias factitavit. Hujus filius cognomine Sabinus expers militiæ (etſi quidam eum primipilarem, nonnulli cùm adhuc ordines duceret, ſacramento ſolutum per cauſam valetudinis tradunt) publicum quadrageſimæ in Aſia egit. Manebantque imagines a civitatibus ei poſitæ ſub hoc titulo : Καλῶς τελωνήσαντι· Poſtea fœnus apud Helvetios exercuit, ibique diem obiit, ſuperſtitibus uxore Veſpaſiâ Pollâ, & duobus ex ea liberis : quorum major Sabinus ad præfecturam Urbis, minor Veſpaſianus ad principatum

(1) Comme on dit parmi nous, Receveur du vingtieme.



VESPASIEN.

Le sceptre qui avoit erré, pour ainsi dire, entre les mains de trois Princes élevés au trône tour-à-tour & renversés par la révolte & par le meurtre, se fixa enfin & s'affermit dans la famille Flavia, obscure, à la vérité, & sans aucune illustration, mais qui pourtant dût être chere aux Romains, quoiqu'elle ait produit Domitien dont la barbarie & la cupidité furent justement punies. Titus Flavius-Pétronius, de la ville municipale de Réate, servit sous Pompée dans la guerre civile, en qualité de Centurion, soit par choix, soit par enrôlement. Il prit la fuite à la journée de Pharsale, & se retira chez lui : là, ayant obtenu du vainqueur son pardon & son congé, il se fit commis d'un banquier. Son fils, surnommé Sabinus, ne porta point les armes, quoique quelques auteurs aient écrit qu'il fut Centurion, & qu'il eut permission de se retirer du service à cause de sa mauvaise santé. Il fut receveur du quarantieme (1) en Asie. On montroit encore des statues qui lui avoient été érigées dans différentes villes, avec cette inscription : *au Financier incorruptible*. Ensuite il fut usurier (2) chez les Suisses, & y mourut, laissant deux enfants de sa femme Vespasia Polla, dont l'aîné, Sabinus, fut Préfet de Rome, & le cadet, Vespasien, parvint à l'Empire. Polla, qui survécut à son mari, étoit

(2) Il est bon d'observer que l'usure n'étoit point infâme chez les Romains.

usque processit. Polla, Nursiæ honesto genere orta, patrem habuit Vespasium Pollionem, ter tribunum militum, præfectumque castrorum, fratremque senatorem prætoriæ dignitatis. Locus etiam nunc ad sextum milliarium a Nursia Spoletum euntibus in monte summo appellatur Vespasia: ibi Vespasiorum complura monumenta exstant, magnum indicium splendoris familiæ & vetustatis. Non negaverim jactatum a quibusdam, Petronii patrem e regione Transpadana fuisse mancipem operarum quæ ex Umbria in Sabinos ad culturam agrorum quotannis commeare solerent: subsedisse autem in oppido Reatino, uxore ibidem ductâ. Ipse ne vestigium quidem de hoc, quamvis satis curiosè inquirerem, inveni.

II. Vespasianus natus est in Sabinis ultrà Reate, vico modico, cui nomen est Phalacrine, decimoquinto Kalendas Decembris vesperi, Quinto Sulpicio Camerino, Caio Poppæo Sabino consulibus, quinquennio ante quàm Augustus excederet: educatus sub paterna avia Tertulla, in prædiis Cosanis. Quare princeps quoque & locum incunabulorum assiduè frequentavit, manente villâ qualis fuerat olim, ne quid scilicet oculorum consuetudini deperiret. Et aviæ memoriam tantopere dilexit, ut solennibus ac festis diebus pocillo quoque ejus argenteo potare

d'une naiſſance honnête. Son pere, Veſpaſius Pollion, avoit été trois fois Tribun militaire & Préfet du camp : ſon frere étoit Sénateur, & avoit géré la préture. On montre encore à ſix milles de Rome, ſur le chemin de Nurſia à Spolete un endroit élevé qu'on nomme *Veſpaſie*, où ſont pluſieurs monuments des Veſpaſius ; preuve que leur famille n'étoit pas ſans éclat & ſans ancienneté. Ce n'eſt pas que j'ignore que quelques-uns veulent que le pere de Pétronius, né au-delà du Pô, fût chef de ces troupes de laboureurs qui paſſent tous les ans de l'Ombrie dans le pays des Sabins pour la culture des terres ; qu'il ſe fixa dans la petite ville de Réate & qu'il s'y maria : mais malgré une recherche exacte, je n'ai trouvé aucun veſtige de ce fait.

Veſpaſien naquit dans le pays des Sabins, audelà de Réate, dans un petit bourg nommé *Phalacrine*, le dix-ſept de Novembre, au ſoir, ſous le conſulat de Quintus Sulpicius Camerinus, & de Caius Poppæus Sabinus, cinq ans avant la mort d'Auguſte. Il fut élevé chez ſon ayeule paternelle, Tertulla, dans des terres de Toſcane. Lorſqu'il fut parvenu au trône il viſita ſouvent ce ſéjour de ſon enfance, qu'il laiſſa tel qu'il étoit, ne voulant rien changer à des objets où ſes yeux étoient accoutumés. La mémoire de ſon ayeule lui étoit ſi chere qu'il continua pendant toute ſa vie à boire dans ſa coupe d'argent les jours de fêtes ſolemnelles. Revêtu de la robe

perſeveraverit. Sumptâ togâ virili, latum clavum, quamquam fratre adepto, diù averſatus eſt : nec ut tandem appeteret compelli niſi a matre potuit. Ea demùm extudit, magis convicio quàm precibus vel auctoritate, dum eum identidem per contumeliam anteambulonem fratris appellat. Tribunatu militum in Thracia meruit. Quæſtor Cretam & Cyrenas provinciam ſorte cepit : ædilitatis ac mox præturæ candidatus, illam non ſine repulſa, ſextoque loco vix adeptus eſt. Ac primâ ſtatim petitione, & in primis prætor, infenſus ſenatui, Caium ne quo non genere demereretur, ludos extraordinarios pro victoria ejus Germanica depopoſcit, pœnæque conjuratorum addendum cenſuit ut inſepulti projicerentur. Egit & gratias ei apud ampliſſimum ordinem, quod ſe honore cœnæ dignatus eſſet.

III. Inter hæc Flaviam Domitillam duxit uxorem, Statilii Capellæ equitis Romani Sabratenſis ex Africa delicatam olim, Latinæque conditionis, ſed mox ingenuam & civem Romanam recuperatorio judicio pronuntiatam : patre aſſerente Flavio Liberali Ferenti genito, nec quidquam amplius quàm quæſtorio ſcriba. Ex hac liberos tulit, Titum, & Domitianum & Domitillam. Uxori ac filiæ ſuperſtes fuit,

(1) Robe des Sénateurs, comme on l'a dit ailleurs.

virile, il eut long-tems beaucoup d'averſion pour le laticlave (1) que portoit ſon frere, & jamais il ne l'auroit brigué, ſi ſa mere ne l'y eût forcé en joignant même les injures aux inſtances qu'elle lui faiſoit, & l'appellant licteur de ſon frere ; ce qui le toucha plus que l'autorité maternelle. Il ſervit dans la Thrace avec le titre de Tribun militaire. Pendant ſa queſture il obtint par le ſort le département de la Créte & de la Cyrénaïque. S'étant mis au rang des Candidats pour l'édilité, & enſuite pour la préture, il n'obtint l'une & l'autre qu'avec peine, & après avoir vu paſſer avant lui cinq de ſes compétiteurs. Ennemi du Sénat lors de cette pourſuite, & ſurtout quand il fut Préteur, il chercha à flatter Caius de toutes les manieres. Il demanda des jeux extraordinaires pour célébrer la victoire d'Allemagne (2), & fut d'avis de refuſer la ſépulture à ceux qui ſeroient condamnés pour crime de conſpiration : il remercia Caius en plein Sénat de l'honneur qu'il lui avoit fait de l'inviter à ſouper.

Il épouſa vers ce tems Flavia Domitilla, qui d'abord n'avoit eu d'autre titre que celui de la Bourgeoiſie Latine, & qui avoit été maîtreſſe de Statilius Capella, Chevalier Romain, de la ville de Tabraca en Afrique ; mais qui enſuite fut reclamée à Rome, reconnue par les juges pour citoyenne, & rendue à ſon pere Flavius Liberalis de Ferenti, qui avoit été greffier d'un Queſteur. Il en eut trois enfants, Titus, Domitien & Do-

(2) Celle dont il eſt queſtion dans la vie de Caligula, & qui conſiſtoit à ramaſſer des coquilles.

atque utramque adhuc privatus amisit. Post uxoris excessum, Cænidem Antoniæ libertam, & a manu, dilectam quondam sibi revocavit in contubernium: habuitque etiam imperator pene justæ uxoris loco.

IV. Claudio principe, Narcissi gratiâ legatus legionis in Germaniam missus est: inde in Britanniam translatus, tricies cum hoste conflixit. Duas validissimas gentes, superque viginti oppida, & insulam Vectem Britanniæ proximam, in deditionem redegit: partim Auli Plautii consularis legati, partim Claudii ipsius ductu. Quare triumphalia ornamenta, & in spatio brevi duplex sacerdotium accepit; præterea consulatum, quem gessit per duos novissimos anni menses. Medium tempus ad proconsulatum usque, in otio secessuque egit, Agrippinam timens potentem adhuc apud filium, defuncti quoque Narcissi amicos perosam. Exin sortitus Africam, integerrimè, nec sine magna dignatione administravit: nisi quod Adrumeti seditione quâdam rapa in eum jacta sunt. Rediit certè nihilo opulentior, ut qui prope labefactatâ jam fide, omnia prædia fratri obligarit: necessarioque ad mangonicos quæstus sustinendæ dignitatis causâ descenderit. Propter quod vulgo mulio vocabatur. Convictus quoque dicitur, ducenta sestertia expressisse juveni, cui latum clavum adversus patris volun-

mitilla. Il survécut à sa femme & à sa fille, qu'il perdit étant encore simple particulier. Après la mort de sa femme il rappella auprès de lui Cænide, affranchie & sécretaire (1) d'Antonie, qu'il avoit aimée autrefois; & depuis, étant Empereur, il vécut avec elle comme avec son épouse.

Sous le regne de Claude, il obtint par le crédit de Narcisse le poste de lieutenant d'une légion dans la Germanie; delà il passa en Angleterre, où il combattit trois fois les ennemis : il soumit deux peuples très belliqueux, prit plus de vingt villes, & soumit l'isle de Vecte, voisine de l'Angleterre, tantôt sous les ordres d'Aulus Plautius, citoyen consulaire & lieutenant de Claude, tantôt sous ceux de Claude lui-même. Aussi reçut-il les ornements triomphaux & un double sacerdoce : il fut même créé Consul pendant les deux derniers mois de l'année. Depuis ce tems jusqu'à ce qu'il fût Proconsul, il vécut dans la retraite, craignant Agrippine qui avoit encore du crédit auprès de son fils, & qui après la mort de Narcisse poursuivoit les amis de ce favori. Il gouverna l'Afrique avec beaucoup d'intégrité, & s'acquit le respect des peuples; ce qui n'empêcha pas que dans une sédition à Adrumete on ne lui jettât des raves. Il revint pauvre & si dénué de tout crédit, qu'il engagea toutes ses terres à son frere, & fut obligé, pour réparer ses affaires, de faire le commerce de maquignon & de marchand d'esclaves; ce qui le fit surnommer le muletier. Il fut convaincu d'avoir tiré deux cents grands sesterces (2) d'un jeune homme pour lui faire obtenir, malgré

(1) Ce passage prouve que les Princesses avoient des femmes pour secrétaires. (2) 40000 livres.

tatem impetrarat, eoque nomine graviter increpitus. Peregrinatione Achaïcâ inter comites Neronis, cum cantante eo aut discederet sæpius, aut præsens obdormisceret, gravissimam contraxit offensam: prohibitusque non contubernio modo, sed etiam publicâ salutatione, secessit in parvam ac deviam civitatem, quoad latenti, etiamque extrema metuenti, provincia cum exercitu oblata est. Percrebuerat oriente toto vetus & constans opinio, esse in fatis, ut eo tempore Judæâ profecti rerum potirentur. Id de imperatore Romano quantum eventu postea patuit prædictum, Judæi ad se trahentes, rebellarunt: cæsoque præposito, legatum insuper Syriæ consularem suppetias ferentem, raptâ aquilâ, fugaverunt. Ad hunc motum comprimendum, cum exercitu ampliore & non instrenuo duce, cui tamen tutò tanta res committeretur, opus esset, ipse potissimum delectus est, & ut industriæ expertæ, nec metuendus ullo modo ob humilitatem generis ac nominis. Additis igitur ad copias duabus legionibus, octo alis, cohortibus decem, atque inter legatos majore filio assumpto, ut primùm provinciam attigit, proximas quoque convertit in se, correctâ statim castrorum disciplinâ: uno quoque & altero prælio tam constanter inito, ut in oppugnatione castelli lapidis ictum genu, scuto sagittas aliquot, exceperit.

ſon pere, la dignité de Sénateur: il reçut de séveres réprimandes de cette exaction. Etant du voyage de Néron dans la Grece, il lui arriva de ſortir quelquefois ou de s'endormir pendant que ce Prince chantoit; il encourut ſa diſgrace, & fut non ſeulement privé de ſa ſociété, mais même eut défenſe de paroître devant lui: il ſe retira dans une petite ville ignorée, & ce fut dans cette retraite, au moment où il craignoit tout ce qu'on peut craindre, qu'on vint lui offrir un gouvernement & une armée. C'étoit une vieille tradition reçue dans tout l'Orient, que des maîtres du monde ſortiroient de la Judée préciſément vers ce tems-là: cet oracle qui regardoit Veſpaſien, comme l'événement le vérifia dans la ſuite, fut interprêté autrement par les Juifs; ils ſe l'appliquerent, & ayant ſecoué le joug ils défirent & tuerent leur Gouverneur, & mirent en fuite le Proconſul de Syrie qui venoit à ſon ſecours, & à qui même ils enleverent une aigle. Pour appaiſer ce ſoulévement on avoit beſoin d'une armée conſidérable & d'un chef habile, mais à qui pourtant on pût confier une entrepriſe de cette importance ſans rien craindre de lui: on choiſit Veſpaſien, qui joignoit à des talents dont on pouvoit eſpérer tout, une naiſſance & un nom dont on croyoit n'avoir rien à redouter. Ayant donc joint aux troupes de ſa province deux légions, huit eſcadrons & dix cohortes, ſuivi de ſon fils aîné qui ſervoit parmi ſes lieutenants, dès qu'il fut arrivé dans la Judée, il attira ſur lui les yeux de tous les pays voiſins, rétabliſſant la diſcipline militaire, & ſe comportant avec tant de courage, qu'il fut bleſſé à un ſiége d'un coup de pierre au genou, & qu'il reçut pluſieurs traits ſur ſon bouclier.

V. Post Neronem Galbamque, Othone atque Vitellio de principatu certantibus, in spem imperii venit, jampridem sibi per hæc ostenta conceptam. In suburbano Flaviorum quercus antiqua erat, Marti sacra, quæ per tres Vespasiæ partus, singulos repente ramos a frutice dedit, haud dubia signa futuri cujusque fati. Primum exilem, & cito arefactum: ideoque puella nata non perannavit: secundum prævalidum ac prolixum, & qui magnam felicitatem portenderet: tertium verò instar arboris. Quare patrem Sabinum ferunt haruspicio insuper confirmatum, renuntiasse matri, nepotem ei Cæsarem genitum: nec illam quidquam aliud, quàm cachinnasse, mirantem quòd adhuc se mentis compote deliraret jam filius suus. Mox cùm ædilem eum, Caius Cæsar succensens curam verrendis viis non adhibitam, luto jussisset oppleri: congesto per milites in prætextæ sinum, non defuerunt qui interpretarentur, Quandoque proculcatam desertamque rempublicam civili aliquâ perturbatione in tutelam ejus, ac velut in gremium, deventuram. Prandente eo quondam, canis extrarius e trivio manum humanam intulit, mensæque subjecit. Cœnante rursus, bos arator decusso jugo, triclinium irrupit: ac fugatis ministris, quasi repente defessus, procidit ad ipsos accumbentis pedes, cervi-

Après Néron & Galba, Othon & Vitellius se disputant l'Empire, il conçut l'espérance d'y parvenir lui-même ; espérance fondée depuis longtems sur une foule de présages. Il y avoit dans une maison de campagne des Flavius un chêne antique consacré à Mars, qui, chaque fois que Vespasia accouchoit, poussoit un rejetton qui désignoit la destinée de l'enfant venu au monde. Le premier étoit foible & se desflécha bientôt ; c'étoit une fille qui ne passa pas l'année. Le second, fort & élevé, annonçoit un très grand bonheur. Le troisieme ressembloit à un arbre. Sabinus, pere de Vespasien, alla aussitôt, sur la foi d'un astrologue, annoncer à sa mere qu'il venoit de lui naître un petit-fils qui seroit Empereur. Elle se mit à rire, étonnée que son fils radotât déja lorsqu'elle avoit encore toute sa raison. Dans la suite, lorsqu'il fut édile, Caius ayant ordonné qu'on le couvrît de boue pour n'avoir pas fait balayer celle des rues : quelqu'un voyant des soldats qui lui en jettoient, annonça qu'un jour la République foulée aux pieds & troublée par des guerres civiles, se réfugieroit dans son sein comme dans un asyle assuré. Un chien étranger entra chez lui pendant son diner, tenant dans sa gueule la main d'un homme qu'il jetta sous la table : & un autre jour qu'il étoit à souper, un bœuf de charrue ayant rompu son joug, entra dans la salle où il mangeoit, mit les esclaves en fuite, & tout d'un coup, comme étant fatigué, tomba à ses pieds, baissant la tête devant lui. Un cyprès déraciné dans le champ de ses peres, sans que la tempête ou le fer l'eût abattu, se releva le lendemain plus verd & plus fort. Etant en Achaïe avec Néron, il rêva qu'on lui annonçoit un grand

cemque ſubmiſit. Arbor quoque cupreſſus in agro avito ſine ullâ vi tempeſtatis evulſa radicitus atque proſtrata, inſequenti die viridior ac firmior reſurrexit. At in Achaia ſomniavit, initium ſibi ſuiſque felicitatis futurum, ſimul ac dens Neroni exemptus eſſet: evenitque, ut ſequenti die progreſſus in atrium medicus dentem ei oſtenderet tantùm quod exemptum. Apud Judæam Carmeli Dei oraculum conſulentem ita confirmavêre ſortes, ut quidquid cogitaret, volveretque animo quantumlibet magnum, id eſſe proventurum pollicerentur. Et unus ex nobilibus captivis Joſephus, cùm conjiceretur in vincula, conſtantiſſimè aſſeveravit fore, ut ab eodem brevi ſolveretur, verùm jam imperatore. Nuntiabantur & ex Urbe præſagia, Neronem diebus ultimis monitum per quietem, ut thenſam Jovis optimi maximi e ſacrario in domum Veſpaſiani, & indè in Circum deduceret. Ac non multò poſt, comitia ſecundi conſulatûs ineunte Galbâ, ſtatua divi Julii ad orientem ſponte converſa; acieque Bebriacenſi, priuſquam committeretur, duas aquilas in conſpectu omnium conflixiſſe: victâque alterâ, ſuperveniſſe tertiam a ſolis ortu, ac victricem abegiſſe.

VI. Nec tamen quidquam ante tentavit, promptiſſimis atque etiam inſtantibus ſuis, quàm ſollicitatus quorumdam & ignotorum & abſen-

bonheur

bonheur à lui & aux ſiens lorſque Néron perdroit une dent ; & le lendemain, entrant dans l'antichambre de l'Empereur, il trouva ſon médecin qui lui montra une dent qu'il venoit d'arracher à Néron. Comme il conſultoit en Judée l'oracle du Mont Carmel, on lui répondit que quelques grands deſſeins qu'il méditât, il pouvoit être sûr du ſuccès. Joſeph, un des priſonniers Juifs les plus diſtingués, à l'inſtant où on le mettoit dans les fers, aſſura que bientôt il ſeroit délivré par Veſpaſien, & par Veſpaſien Empereur. On lui annonçoit d'autres préſages venus de Rome ; que Néron avoit été averti en ſonge de tirer de ſon ſanctuaire la ſtatue de Jupiter, & de la porter dans la maiſon de Veſpaſien & de-là dans le cirque; que Galba aſſemblant les Romains pour ſon ſecond conſulat, la ſtatue de Jules Céſar s'étoit tournée vers l'orient; qu'avant le combat de Bébriac deux aigles s'étoient battus en préſence des deux armées, & que l'un ayant été vaincu, un troiſieme étoit venu du levant & avoit mis en fuite le vainqueur.

Cependant, malgré les inſtances des ſiens, il fallut pour le déterminer que le hazard fît déclarer pour lui des troupes qui ne le connoiſ-

tium fortuito favore. Mœsiaci exercitûs bina e tribus legionibus millia missa auxilio Othoni, postquam iter ingressis nuntiatum est victum eum, ac vim vitæ suæ attulisse, nihilo secius Aquileiam usque perseveraverunt, quasi rumori minùs crederent. Ibi per occasionem ac licentiam omni rapinarum genere grassati, cùm timerent ne sibi reversis reddenda ratio ac subeunda pœna esset, consilium inierunt eligendi creandique imperatoris: neque enim deteriores esse, aut Hispaniensi exercitu qui Galbam, aut prætoriano qui Othonem, aut Germaniciano qui Vitellium fecissent. Propositis itaque nominibus legatorum consularium, quot ubique tunc erant, cùm cæteros alii alium alia de causa improbarent, & quidam e legione tertia quæ sub exitu Neronis translata ex Syria in Mœsiam fuerat, Vespasianum laudibus ferrent: assensêre cuncti, nomenque ejus vexillis omnibus sine mora inscripserunt. Et tunc quidem compressa res est, revocatis ad officium numeris parumper. Cæterum divulgato facto, Tiberius Alexander præfectus Ægypti primus in verba Vespasiani legiones adegit Kalendis Julii: qui principatûs dies in posterum observatus est. Judaïcus deinde exercitus quinto Idus Julii apud ipsum juravit. Plurimùm cœptis contulêrunt, jactatum exemplar epistolæ, veræ sive falsæ, defuncti Othonis ad

ſoient pas. Deux mille hommes tirés des trois légions de Méſie, apprirent, en allant au ſecours d'Othon, qu'il étoit vaincu & qu'il s'étoit tué : ils ne laiſſerent pas de s'avancer juſqu'à Aquilée, comme doutant de cette nouvelle. Là, s'étant abandonnés à toutes ſortes d'excès & de rapines, ils craignoient d'être obligés de rendre compte de leur conduite à leur retour, & d'être punis ; ils prirent le parti de faire un Empereur, ne ſe croyant pas moins que les légions d'Eſpagne qui avoient élu Galba, ni que les prétoriens qui avoient couronné Othon, ni que l'armée d'Allemagne qui avoit mis à ſa place Vitellius. Ils paſſerent en revue les noms de tous les commandants conſulaires ; & les rejettant tous les uns après les autres, ils ſe réunirent au nom de Veſpaſien, dont quelques ſoldats d'une légion qui avoit paſſé de Syrie dans la Méſie vers le tems de la mort de Néron, leur firent un très grand éloge. Son nom fut auſſitôt mis ſur toutes les enſeignes. Cependant cette élection n'eut pas de ſuite, parceque les ſoldats rentrerent peu-à-peu dans le devoir : mais le fait s'étant répandu, Tibere Alexandre, gouverneur d'Egypte, fut le premier à faire prêter ſerment à Veſpaſien par ſes légions, le jour des calendes de juillet. Ce jour, le premier du regne de Veſpaſien, fut dans la ſuite fêté religieuſement. Le onze du même mois l'armée de Judée le reconnut pour Empereur. Pluſieurs circonſtances favoriſerent ſon entrepriſe : la lettre, vraie ou ſuppoſée d'Othon à Veſpaſien, où il le chargeoit en mourant du ſoin de le venger & de ſecourir l'Empire ; le bruit qui ſe répandit que Vitellius avoit deſſein de changer les quartiers des légions, & de tranſporter en orient celles de

Vespasianum, extremâ obtestatione ultionem mandantis, & ut reipublicæ subveniret optantis : simul rumor dissipatus, destinasse Vitellium victorem permutare hiberna legionum, & Germanicas transferre in orientem ad securiorem mollioremque militiam ; præterea ex præsidibus provinciarum Licinius Mucianus, & e regibus Vologesus Parthus : ille depositâ simultate, quam in id tempus ex æmulatione non obscure gerebat, Syriacum promisit exercitum : hic quadraginta millia sagittariorum.

VII. Suscepto igitur civili bello, ac ducibus copiisque in Italiam præmissis, interim Alexandriam transiit, ut claustra Ægypti obtineret. Hic cum de firmitate imperii capturus auspicium, ædem Serapidis, submotis omnibus, solus intrasset; ac propitiato multùm Deo, tandem se convertisset, verbenas, coronasque, & panificia, ut illic assolet, Basilides libertus obtulisse ei visus est : quem neque admissum a quoquam, & jampridem propter nervorum valetudinem vix ingredi, longeque abesse constabat. Ac statim advenêre litteræ, fusas apud Cremonam Vitellii copias, ipsum in Urbe interemptum nuntiantes. Auctoritas & quasi majestas quædam, ut scilicet inopinato & adhuc novo principi deerat : hæc quoque accessit. E plebe quidam luminibus orbatus, item alius debili crure, seden-

